aliqua unita faciāt ꝓpositi ꝓnem q̃ uniant in una natura. sed ꝯ q̃ uniant in uno supposito. ⁊ p hoc infirmatur ꝑma rō. ¶ 2m dictum ē q̃ nō sufficit q̃ uniantur in uno supposito. sed ꝯ q̃ unum eoꝝ sit in alio ⁊ p hoc ifirmat 2a ⁊ 3a. quia licet ꝓductōes due uniantur ī uno supposito. tñ una nō ē in alia. paternitas. n. nō ē in spiratione nec ecōuerso. ¶ Tertiū dictum ē q̃ nō sufficit q̃ in supposito uniantur nec ī natura. sed ꝯ q̃ sunt eiusdem nature. ⁊ ideo hūanitas ⁊ deitas nō possūt ꝓponi in filio. ⁊ etiā qꝛ nō est hūanitas in supposito ꝓprio. ⁊ p hoc infirmatur ꝓfirmatio. ¶ Quartū dictuꝫ est q̃ quātumcūqꝫ sūt distincta. ⁊ unuꝫ sit in alio si sunt subsistentia. sic̄ ꝑsone diuine nullam faciūt ꝓpositionem. p hoc ifirmat quarta ratio ¶ Cōtra ista. contra primū Nam si aliqua ex hoc q̃ uniūtur maioreꝫ faciūt ꝓpositionem. si magis uniātur maiorem facient ꝓpositiōem. sed magis uniuntur quē uniūtur in eadē natura. q̃ que uniūtur in supposito. nam unitas diuine nature nō ꝓpatitur secum quācūqꝫ pluralitatem nisi trinitatem in diuinis. suppositum autem diuinū quātum ex se ē non repugnat sibi q̃ ī eo sint ifinite nature. ergo si relatiōes unite ī supposito diuino facent ꝓpositōnem. multomagis si uniantur in natura. ¶ 2a sic. maior ē unio ꝓstituens q̃ unio constituti. essentia diuina ꝓstituit p sonam. ergo uidetur maior unitas eēntie ⁊ nature q̃ ꝑsone. ¶ Preterea si una sola facit ꝓpositōem. quare nō tria si ponantur ¶ 2o ꝓtra 2m. Nam nullus negare debet quin partes cōstituti uere ꝓponāt. ⁊ tamē una nō ē in alia ¶ Cōtra 3m q̃a accidens ꝓpōit cū sbia. ⁊ hoc supposito alieno. ¶ Cōtra 4m quia q̃ncūqꝫ aliqua apta nata sūt facere ꝓpositum. si unum sit in alio ⁊ non p se subsistens. si talia ponantur simul ⁊ subsistentia facient aceruuꝫ. ⁊ sic trinitas erit aceruus ¶ Ideo dico q̃ distinctio ut distinctio nō repugnat sūme simplicitati. ⁊ maxime distinctio istaꝝ. pfectionū potest stare cum summa simplicitate diuina sine aliqua ꝓpositione. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ sciēdum est q̃ quattuor sunt habitudines essentialiter ordinate ab inuicem abstrahentes ¶ Prima ē ratō distinctionis. ita q̃ ordine essentiali rō distinctionis est prior ⁊ magis abstracta. 2a uniōnis ¶ Tertia compositionis ¶ Quarta resolutionis. q̃ aūt distinctio p̄cedit unionē. patet qꝛ multa sunt distincta que non sunt unita. sicut duo anguli. ⁊ tñ oia unita. necessario sunt distincta. nihil enī pōt uniri sibi ipsi. ¶ Ratio aūt unionis est 2a. Nam multa sūt uniita que nō sūt ꝓpositā. sicut patet in ī carnatione ubi deitas ⁊ hūanitas uniuntur. ⁊ tñ nō ꝓponūtur. quia sic deitas esset pars qō ē ꝓtra Dioni. quecūqꝫ aūt sunt ꝓpositā sūt unita. nulla enī ꝓpositō accidentalis pōt esse sine unione ꝓponentiuꝫ. alioquin aia separata ꝓponeret. qō ē falsuꝫ manifeste. ¶ Tertia ratio est ꝓpositio. Omne enī qō resoluitur ꝓponitur ex illis in quibus resoluitur. ⁊ ideo nūquā fit resolutio nisi p̄ una ꝓpositione. ꝓpositio aūt bene ponitur sine resolutione. sicut in corporibus sup̄celestibus que sunt ꝓpositā non tñ resolubilia. ⁊ quia primo nō repugnat esse sine 2o ⁊ 2a sine 3o. nec 3o sine 4a. ⁊ uniuersaliter priori in essentialiter ordinatis nō repugnat esse sine posteriori. hinc est q̃ nulla repugnantia apparet q̃ sit distinctio sine unione. ⁊ p ꝓns sine ꝓpositione. Inaduertētia autē istaꝝ abstractionū multoꝝ errorum fuit occasio. Sabellianī enī quia nesciērūt abstrahere rōnem ꝑsone a rōne indiuidui signati. dixerūt unā ꝑsonā in diuia eēntia sicut est ibi unū soluꝫ indiuiduū substātiē Similiter Arriani nescientes abstrahē ꝓductionem a factione. ⁊ quia uiderūt uerbum ī diuinis esse ꝓductū ꝓpter defectuꝫ abstractionis. dixerūt uerbum esse factuꝫ ¶ Nunc ad rōnes opiniōis Dico ad primū q̃ illa ratio de simul positōe ꝓtestat ꝓpositōeꝫ trinitatis. ⁊ ideo dico cū btō Diero. q̃ theologia nō subicitur regulis donati. ¶ Ad 2m dico q̃ pluralitas transcendēs abstrahit a numero ꝓprie dicto. ⁊ iō ꝑsona nō ꝓponitur ex unitatibus sicut numerus licet cōstet ex eis. sic̄ nec ꝑsona ex esse ⁊ relatione ꝓponitur. licet constet ex eis ¶ Ad 3m dico q̃ Dioni. large accipit ꝓpositiōem

Ergo nec est ergo nōq̃ sua hēc ē
Pr. ergo nec est sic tūc q̃ m ēro nō hēre
subsistere est magnum mirabile se hēre

Dē. 27. q. 1. ar. 2o

p ꝓiunctiõe. s. sicut Io. baptista factiõem p productione. qñ dicebat. Xpm ante ipm factum. ¶ Ad 4m dico q licet oē ꝓpositus posset p intellectum resolui in illis ex quibus ꝓstat. nõ tñ realiter resoluitur. sic patuit in ultima rẽne a qua oēs alie abstrahuntur. corpora eni celestia regularit sũt irresolubilia. ¶ Confirmãtur oia dicta p hoc. quia qualis est ordo oppositi ad oppositum. talis ꝓpositi ad ꝓpositũ. ¶ Exempluz. sicut albedo ad disgregare. ita nigredo ad cõgregare. hoc ergo patet. sed simplicitas ꝛ ꝓpositõ opponũt. unitas ꝛ distinctio opponũtur. ergo qualis est ordo simplicitatis ad unitatez. talis erit ꝓpositõis ad distinctionem. Cõstat aũt q talis ordo ē simplicitatis ad unitatem q simplicitas non põt esse sine unitate. unitas bene põt esse sine simplicitate ut patet in perse compositis. ubi ē uere unitas ꝛ nõ simplicitas ergo eodem mõ se habebit pluralitas opposita unitati ad ꝓpositionem oppositam simplicitati. quia licet ꝓpositio nõ põt esse sine distinctione ꝛ pluralitate. tñ distinctio ꝛ pluralitas bene possũt esse sine ꝓpõne.

¶ Sz hic occurrũt quattuor diffi. ¶ Primꝰ. Utrum ista simplicitas possit stare cũ ꝓpositõe rõnis ¶ Dico q nõ intelligo q ratio mea possit facere ꝓpositõem i diuinis nec etiã itelligo quõ rõ mea possit i se ipso obiectiue hãc facere ꝓpositionẽ. qz impossibile est q iuellectus aliquid fabricet. cui oppositũ demonstret. sed nos demõstramꝰ q deus est summe simplex. g̃ ꝛc ¶ Sed uerum est q imaginatio sepe decipit nos imaginamur eni deuz ex multis componi ꝛ esse lõgum ꝛ latum. sicut dicit Aug. sup geñ. ad lẗam. qñ inquit Augus. imaginor usqz sextarium. imaginor sex corpora rotunda. sed intellectus ꝑualet qui ꝓbat q omne ꝓtinuũ est diuisibile in infinitum. ꝛ sex corpora illa nõ possunt esse sex unitates indiuisibiles. ¶ Simil'r quãtũcunqz intellectus noster procedit a magis notis ad minus nota. ꝛ hoc p talia imaginabilia sed tñ ꝑualet in fine semp. ꝛ dicit q nõ est ibi talis diuersitas nec ꝓpõ. ¶ Zꝰ diffi. ē Si inter talia esset distinctio realis. Utrũ sit in eis ꝓpositio. nam uidetur q sic. quia summa unitas est cum sũma simplicitate. ergo cum sũma unitas excludat pluralitatem realem. summa simplicitas similiter ꝛ oēm. ¶ Dico q licet unitas sũma sit cum sũma simplicitate. non tñ respectu oium Et ideo dico q quia simplicitas nõ opponitur pluralitati. sed cõpositũ poterit stare cum pluralitate ꝛ unitate. ¶ Tertia diffi. est ex quo ista non ꝓponũt. sed tñ faciunt aceruum ¶ Dico q nõ ꝓpter sũmã unitatem realem quam habent inter se. ¶ Sz re diffi. qd dicat plus ꝓpositio q̃ multa eē simul ꝛ unita. ¶ Dico q dicit mlta unita ꝛ tñ hoc q unum sit in potẽtia respectu alterius. in diuinis aũt oia sunt purus actꝰ.

¶ Dico ergo cum summa simplicitate diuina põt stare distinctio ex natura rei attributorum indiuinis. attributoruz dico inter se. ꝛ attributoꝝ. ab essentia sine aliqua ꝓpositione ꝛ aceruo. ¶ Nec uideo rationes que non ita militent cõtra trinitatem ꝑsonarum. sicut ꝓtra distinctionẽ istã Et hoc quia rões ꝓbantes ꝓtra distictõem ꝛ ꝓcludunt cõpositõem. ita arguũt contra distinctionem ꝑsonaꝝ. ¶ Sed tamẽ aliter instatur. 4. ꝓtra dictam ꝓpositionẽ ¶ Nã ipsa diuina essentia si distinguitur ab attributis precedere uidet attributa ꝛ quasi es spectare tãquã sui ꝑfectiones. ꝛ sic erit in potentia ad ipsa. ꝛ p ꝓ ñs faciens cõpositionem cum ipsis. ¶ Zꝰ sic. quia ipsa attributa ꝓpantur ad essẽtiam. sicut plures ꝑfectiones insistẽtes. Et ideo si diuerse forme faciunt compositõem eo q sunt i actu respectu eius. eodem modo attributa cum essentia. ¶ Tertio sic. Nam potentia intellectiua ponitur in deo ꝛ etiam actus eius. si autem sunt attributa distincta. stat tũc compositio ex actu ꝛ potentia. ¶ Eodem modo de potẽtia uolitiua ꝛ eiꝰ actu. ¶ 4° qz cum tanta simplicitas ponitur in essentia ꝛ in oibus attributis simul sic i sola essentia. non uidetur bene intelligibile q possit stare distinctio. ꝛ dato q sit tanta simplicitas. utrum respectu cuiuslibet attributi ē una ꝓpria simplicitas. ꝛ etiã cuiuslibet personꝰ uel' sint plures ¶ Ad ista. Ad primꝰ

1 Zde.

quia q ad 3m de ibo ꝓsonis q̃ realit' ut omne distinguũtur // dic q simu actus ꝑemptiuus 1° ꝓhibet // 2° ad faciendũ aceruũ ꝓpto ceq 3° realis 2° aiẗ et sine ꝓte nõ faciũt aceruũ // 2° ceq 3° ẗalis ꝑsone indiuinis nõ faciũt ꝛ aceruũ // 3° ceq q̃ omnũ unitorũ nõ sit sz alterꝰ et sit sz et aceruũ nõ faciũt aceruũ

// ydemptitatis — rōis — q est pma ḋms — fundamētalis — formalis

// Dē. 6. q. 2. a. 2. 2°

dico q licet essentia intelligatur prior omnibus attributis. tamē ista signa. s. prius ⁊ posterius sunt signa pmanētia ⁊ nō successiua. Expectatio eni tantum ē in priori ꝯm Aug'. ꝯm signum successiuum. ⁊ ideo essentia non est in potentia nisi forte logicali. ⁊ ideo nō actuatur. ⁊ ideo ipa est sūme actuata ⁊ non actualis ¶ Ad 2.m dico q attributa nō actuant diuinam essentiam. sicut accidentia sbm. nec eam pficiant. sed nec ei inherent ꝯ insunt sibi quasi ad modum subsistentium ꝓpter sūmā idētitatē ¶ Ad tertium dico q sola potēta ad esse est que facit ꝓpositionem. sed potentia ad opatōē nō. Eodē mō dico de actu uolūtatis ⁊ potētia. nō eni isti pficiūt potentias actq q sunt actualitates ifinite. ¶ Ad 4.m dico q cum aliquali distinctione pōt ēē summa simplicitas. eo q pluralitas simplicitati non opponitur sed ꝓpositio ¶ Sed ē ne alia simplicitas in pſonis diuinis ⁊ attributis. ¶ Dico q sic dictus fuit in principio q simplicitas dicit rōnem negatiuā ⁊ priuatiuam. ⁊ quia priuatiōes numerātur ex fundamētis. hinc ē q oꝫ necessario dicē q tot sunt ibi simplicitates quot sunt ibi distincta. Nec ē illud incōueniens / nec oia simul maiorem uel minorem simplicitatē habent q̃ quodlibet in se ipso. eo q eque excluditur ꝓpositio ab oibus sic a quolibet

// Qdo. 1.

¶ Nunc secūdo uidendū est. si cum sūma idemtitate essētie cū attributis potest stare aliqua distinctio inter ipsa. Et hic oꝫ procedere sicut in pcedenti articulo ¶ Primo. s. uidere quid sit idemtitas. Ad qō īducunt quattuor pambula pbabilia. ¶ Primū ē q idemtitas eiusdem ad se non est relatio realis. cum talis respectus presupponat extrema. nec rō rōnis cum sit realis idemtitas ante oēm actū rōnis. Sꝫ dico q idemtitas est carentia distinctōnis. sicut unitas est carentia pluralitatis. nō eni uidetur q possit aliqd aliud dari. ¶ 2.m est q idemtitas que diuidit ens qō diuiditur p idem ⁊ diuersum. non est relatio rōnis. cum ens extra aiam non diuidatur in entia ratōis nec etiam est relatio realis. cum eadem res ad se ipsam non pōt habere relationē talē

// Dē. 37. q. 2. a. 2. 2°

// ad esse — ad opaēm

// pambla pmo

realē. nec idemtitatis nec diuersitatis sibi opposite. ⁊ tñ iste sunt dē entis immediate opposite. ¶ Quid ergo est? dico q nihil aliud est nisi negatio diuersitatis sibi opposite. // Qd ē ydemptitas ¶ Tertiū est q idemtitas que ē inter extrema transcendentia que nō sunt idem oibus mōis. sicut ratio entis ⁊ boni. ut abstrahunt ab oi diuiso. non est nisi relatio fundamētalis. q̃ nullus respectus formalis ꝓpetit enti antequā diuidatur p absolutum ⁊ respectiuū ¶ Quartū dictū ē q illa idemtitas que est inter extrema distincta habentia unitatē aliquā realem. sicut inter potentias anime ē relatio realis formalis ⁊ accidentalis. in his que non sunt transcendentia. ut forte sunt inter genus ⁊ dīam. in talibus eni inueniūtur oia que requirūtur ad relationem realē ¶ Istis p̃missis ad inuestigandam summā idemtitatem. colligūtur quattuor modi idemtitatis. ¶ Primus est idemtitatis qui ē inter respectus rōnis. s. qñ intellectus ꝓpat idem ad se ipsum. ¶ 2° est idemtitatis qui est priuatio distinctionis. sic ante oēꝫ comparationem intellectus nostri aliquid est idem sibi realiter ¶ Tertiꝰ modus idemtitatis est qñ est relatio fundamētalis inter extrema quibus repugnat formaliter referri ¶ Quartꝰ modus est relatio formalis realis ⁊ accidentalis inter extrema quibus referri sic non repugnat. ¶ Priā idemtitas nō est summa. quia oē ens rōis est diminutū. Nec tertia quia cōpatitur secum distinctionem fundamētalē. Nec 4ª quia compatitur secum distinctionem formalem. qui est respectus realis. ⁊ unus cōtrarioꝫ. in summo nō admittit reliquum ¶ Ideō uidetur q secūdus mōus idētitatis ē sūmus. q̃ ibi nulla est distinctio ¶ Sꝫ hic occurrūt diffi ¶ Priā est qualiter priuatiuū pōt esse prestantius positiuo. Ista aūt idētitas nō est nisi priuatiua ¶ Rōnē dico q in talibus precellentia attendit rōne fundamēti. sicut dicimus q in dependentia dei est pferenda ⁊ prefertur dependentie creature. ¶ 2ª diffi. est qualiter in rōnibus respectiuis pōt accipi sūmitas cū non habeat graduꝫ pfectionis. nec quātī /

⁊ actualis

⁊ ut enti et bono ec dis transcendentibus

⁊ actualis

tatem uirtutis. Dico q̃ sic ꝓprie loquẽdo nõ est ibi gradus. ita nec pfectio. nec summitas. tñ ita oꝫ loqui ꝓpter ꝯmunẽ modũ loquendi. ¶ Quãtum ad principalẕ partẕ istius articuli dicũt aliqui. q̃ cum summa idemtitate non põt stare distinctio istoruꝫ modoꝫ. in deo. quia quicquid ponit̃ i deo rõne pfectionis debet pom in summo. sed idemtitas ⁊ distinctio nõ ponũtur in deo nisi rõne pfectionis. ergo ⁊ in summo. ⁊ sic ois idemtitas que est ibi est summa. ⁊ ois distinctio que est ibi erit etiam summa.

¶ Contra quia nõ uidetur q̃ sit ponẕda tanta distinctio inter uerbum ⁊ filiuꝫ. sic̃ inter patrem ⁊ filium. sic nec inter deum ⁊ patrem. ⁊ deũ ⁊ filũ. quãta est inter hoẽm ⁊ angelum. nam illa plus ꝓueniũt ¶ Ideo dico q̃ cum idemtitas que pomk inter eẽntiam ⁊ attributa cũ aliqua distinctiõe non sit idemtitas que dicit respectũ rõnis eo q̃ sunt idem realiter. nec etiã idemtitas que dicit negationem distinctõnis cũ oppositũ ibi ponatur. nec idemtitas que dicit respectum realem ne forte aliqua relatio realis formalis precedat in diuinis paternitatẕ Sꝫ solũ sit ibi idẽtitas que est rl'o fundamẽtal' taliũ extrẽoꝫ. sic distictiõ ponit̃ ibi. ¶ Ista aũt idẽtitas ut patuit nõ ẽ sũma. ideo uidet̃ q̃ cũ distinctiõe attributoꝫ nõ põt stare sũma idẽtitas ¶ Ista aũt idẽtitas summa dupl'r ꝓfirmatur ¶ Primo q̃a uidet̃ maior idemtitas de ꝑmo° pfeitatis q̃ aliqua alia cum sit prima ⁊ q̃dditatiua sed attributa non sunt idem i ꝑmo modo dicendi pfe cum diuina essentia. intelligunt̃ eni posteriora essentia. ¶ 2° quia maior uidetur idemtitas illius cui extrema contradictionis nequeũt applicari q̃ eius cui applicantur. sed attributis applicantur extrema ꝓtradictionis. ut patuit supra. ergo nõ sũt sũme idem ¶ Ad rõnes alterius opinionis. Dico q̃ maior eoꝫ. s. q̃ illa que attestãtur pfectõnem. ⁊ ꝓpter hoc ponunt̃ in deo debent poni in summo. ¶ Dico q̃ uerũ est in illis que sic attestantur pfectionem quia eoꝫ maioritas arguit maiorem pfectionem. idemtitas aũt licet attestetur pfectõnem in pfectis. tñ maior idemtitas non attestatur maiorẽm pfectõnẽ. aliõq̃n magis essent pfecti duo hoies q̃ angelus ⁊ homo. eo q̃ magis sunt idem. unde apparet mihi q̃ diuine pſone nõ sunt summe idem ¶ Contra tamẽ istam ꝛclusionẽ instatur quadrupl'r. ¶ Primo q2 tunc non esset tanta idemtitas inter diuinã essentiã ⁊ attributa. quãta inter essentiã angeli cuꝫ se ipsa. ¶ 2° q2 maior est idemtitas inter naturam generis. ⁊ naturaꝫ specificam q̃ inter diuinitatem ⁊ sapientiã ꝓpter pri^m modu^ꝫ pfeitatis ¶ Dico ad ista q̃ si esset inconueniẽs idemtitatem diuinã ab aliqua creatura excedi tunc pſone diuine eẽnt oio indistincte. q̃d est falsuꝫ. ¶ Intelligendu^ꝫ tamen ꝑ^m ꝑdicta q̃ in diuinis sunt septem decẕ genera idemtitatis siue g̃dus ¶ Primus ⁊ infimus est inter ꝓprietates ꝓstitutiuas que sunt idem essentialiter p attributiõẕ ad naturam ¶ 2° est pſonaꝫ adinuicem que sunt idem essentialiter. non tñ p attributionem sed p inclusionẽ eẽntie. ¶ Tertius est inspiratõnis actiue cuꝫ generatiõe actiua in patre. ⁊ cuꝫ passiua in filio que sunt idẽ realiter. ⁊ tñ pſone realiter distincte sunt. ⁊ nõ solum ista sunt idẕ eẽntial'r sicut pſone. sed etiam realiter ¶ Quart° modus ẽ inter eẽntiam ⁊ relationem que non solum sunt idem realiter sed idemtice ꝓpter ifinitatem alterius extremi q̃d nõ ꝓpent gñationi ⁊ spiratõi actiue ¶ Quintus est inter attributa. q2 ibi non solũ est idemtitas rõne unius extremi sꝫ amboꝫ ¶ Sextus ẽ attributoꝫ cum eẽntia. quia magis uidentur passiones cũ sbo cõnecti q̃ ad inuicẽ. cũ uariantur solũ rõe sbiecti ¶ Septim° ẽ essentie cum sba u'l entitate uel spiritu. q2 ista uidetur ptinere ad pri^m modũ ꝑ^m Aug. 15. de trin. ⁊ ita põt esse separata. Et maxime saltem eẽntie cũ se ipa ⁊ ista est adhuc maior. ⁊ põt tenere locum octauũ. ¶ Nonus põt addi. s. uniuscui° qꝫ istoꝫ cum suo mõ intrinseco. sicut essentie cum infinitate. ⁊ x° modorũ adinuicẽ. sed inter oẽs maxima est essentie ad se. ¶ Ex his potest patere q̃ quicũq̃ uellet ponere summã idemtitatem inter attributa non obstante distinctione aliqua. posset dicere

q ideo rō maxima est. s. eēntie ad se quia
idemtica ppter infinitatem que est ratio
istius idemtitatis. qui etiaz uellet omnes
idemtitates diuinas dicē. sūmas semp di/
cēt. q est ibi idemtitas rōne unius quod ē
summe idem. sicut idemtitas pſonaz est
ratōne essentie. que est summe eadem sibi.
7 sic forte oz ponē in oibus que sunt idez
in creatura. etiam quia sicut oīs dīa redu
citur ad primo diuersa. ita oīs idemtitas
forte reducitur ad aliquā pſonā 7 sūmam
idemtitatem ¶ Nunc tertio uidendū est
de terminis. Utrū cū sūma unitate possit
stare ista distinctio. ¶ Primo uidendū est
de terminis. Et primo quid ē unitas ¶ Di
citur ꝗiter q rō unitatis cōsistit in duob⁹
scilicet i induisione in se. 7 diuisione a quo
cumqz alio. illud ergo ē uere unuz quod ē
indiuisum in se 7 a quocūqz alio diuisum
¶ Sed licet istud quātū ad primā partez
sit bene dictum. tamē ꝗtra secūdam partē
arguo 4ᵒ. ¶ Primo sic. quia deleta omni
multitudine posset adhuc saluari unitas
quia ipsa ē prior. diuisio aūt sine multitu/
dine saluari nō pōt. ergo diuisio nō pōt
esse de ratione unitatis ¶ 2° sic. quilibet
pōt concipere rem unam 7 unā absolutā
nullo alio concepto. 7 tamē diuisio nō pōt
concipi nisi ad aliud. ¶ Tertio sic. q̄z cum
diuisio sit ab alio. sic relatio disperatie ad
ipm. 7 habitudines ꝯm terminos uariantē
tot erunt unitates i aliquo quot erunt di
uisiones sui ab aliis. ¶ Quarto sic. si di/
uisio ab alio eēt de rōne unitatis. ubi ma
ior est unitas ibi maior esset diuisio. 7 tñ
uidemus oppositū. nam licet maior sit uni
tas anime q̄ corporis. uidem⁹ tñ q tanta
est diuisio corporis ab aīa q̄ta ecōuerso.
¶ Ideo dico q rō unitatis ꝗsistit i sola in
diuisione alicuius in se. sicut ratio multitu
dinis ex sola diuisione causat ¶ Contra
istam positionē arguit 4ᵒ ¶ Priᵒ sic. oīs
pfectio simplr est positiua. ratio unitatis
est pfectio simplr. ergo ꝛc. Maior patet
quia ppter hoc ponit in diuinis. ¶ 2° sic.
ꝯm diom. Ratio unitatis ē saluatiua om/
nium. talis aūt non pōt esse rō negatiua
¶ Tertio sic. unūqq̄z distinguit ab alio
p hoc qd̄ est in se unū. 7 sic rō unitatis 7 di
uisionis nō sunt extranee. ¶ Quarto sic.
q̄z oīs unitas ē melior pluralitate. nulla
negatio est melior positōne uel positiuo.
ergo rō unitatis non est priuatiua. ¶ Ad
ista. Ad primū dico q sicut independentia
dicit de se impfectionem. similiter nō dicit
priᵒ. sed ratione fundamēti cui applicatur
sic ratio unitatis. naz utraqz illaz. s. inde
pendentia 7 unitas sunt rōnes priuatiue.
¶ Ad 2ᵐ dico. q ē saluatiua rōne funda/
mēti. sicut incorporeitas ¶ Ad 3ᵐ dico
q p idem principiū positiuū ignis agit 7
pducit. cum tñ actio nō ē pductio. Ita di
co q p idem est res una 7 diuersa. 7 tamē
unitas nō est diuisio ¶ Ad 4ᵐ dico q sicē
idiuisibilitas diuia ē maior q̄ cūqz diuisi/
one nō nisi rōe fūdamēti. 7 quia priuat im
pfectionem. dico q sicut unitas ē idiuisio
sic summa unitas est sūma indiuisio nec ē
ratio eadem idemtitatis sūme que ē nega
tiua 7 unitatis. quia unitas ē priuatio di/
uisionis. idemtitas aūt carētia distinctōis
distinguitur ḡ unitas ab idemtitate. sicut
distinctio a diuisione. nam oē diuisum est
distinctum. sed non oē distinctū ē diuisuz
sicut patet in multis. ¶ Sed notandū q
quattuor inueniūtur unitates sub ordina
te. ¶ Prima ē unitas entis que ē eius pa
ssio. accipiendo ens ꝯm latitudinem sue de
nominationis. 7 ista cōpetit oībus priᵒ di/
uersis in quibus q̄dditatiue non includit
ratio entis sed denominatiue ¶ 2ª ē pa/
ssio entis quidditatiue accepte. 7 ista ē sub
unitate bonitatis 7 ueritatis. q̄z eadē pri/
matio in disperatis fundamētis eē nō pōt.
Ratio aūt entitatis nō ē illud q̄dditatiue
¶ Tertia ē que ē diuisiua entis q̄ diui/
ditur p unum 7 multa. nulla eni alia diui
sio est adequata ¶ Quarta unitas ē que
est principium numeri. 7 ista est de genere
quantitatis discrete. sed diuisiua entis. cir
cuit oē genus. q̄z est transcēdens. ¶ Nunc
uidendū est quid sit attributuz. Dicendū
q attributum 4ᵒ modis pōt accipi ¶ Uno
modo p oī pdicato q̄ pōt ꝗuenit. 7 isto mō in
telligitur illa regula uulgata. quādocūqz
aliqua sunt idem. quicquid attribuit uni

11 3ª a2 l9

11 Oppō sic tyōē

11 Oppō gpa

Domitas 4ᵒ

et reliquo. et isto mō oia quidditatiua. s. ipsa substantia et ens pñt dici attributa q̃ddi/tatiua. ¶ Alio modo accipitur attributū ꝓprie. et tunc accipitur ꝑ oi secūda pfectiōe que non est quidditatiua. sicut infinitas necessitas. ista enī oia tam q̃ddi tatiua q̃ ꝑ se passiones attribuūtur sbo. s. essentie diuine de qua dicuntur. et sunt demōstrabilia ¶ Tertio modo accipit adhuc magis ꝓprie. et tunc accipitur attributum non ꝑ quacūqz pfectione secūdaria sed pro illis tantū que ex creaturis deo attribuuntur aut motus oibus impfectōibus quas habet in nobis. nullam autem inuenimꝰ in nobis. uel in quibuscūqz creaturis pfectionem quidditatiuam. et isto mō infinitas et necessitas nō sunt attributa ¶ Quarto modo nō ꝓprie sed appriate. et isto mō attribuitur patri eternitas. filio pulchritudo. spiritusancto clementia ꝑm Augm. nec ꝑm primū modū. nec 2m. nec 4m intelliguntur iste questiōes sed precise ꝑm tertiū modū ¶ Nunc secūdo uidendū est de articulo principali. An cū sūma unitate possit stare pluralitas uel distinctio aliqua eoꝝ ¶ Ad cuius euidentiā est sciendū q̃ quatuor ponūtur gradus unitatis ¶ Primꝰ gradus unitatis est ꝑ aggregationeꝫ sicut aceruus ¶ 2ꝰ est unitatis ordinis qui ē ꝑ se. Alius aūt aggregatiōis qui est ꝑ accidens. ¶ Tertius est unitatis ꝯpositionis nō enī ꝯponūt alia nisi sunt ordinata. ita q̃ ista est unitas intrinseca. ¶ Quartus ē unitatis indiuisiōis. et ista sola est unitas uera. q̃a ratio formalis unitatis sibi soli ꝯuenit. aggregata i quātū aggregata sūt nō sūt indiuisa. nec etiā ordinata inquātū habent ordinē. nec ꝯponentia iquātū ꝯponunt. oia ergo sunt unum ꝑm quid preter illa que sūt unum in 4o mō/patet ergo q̃ est sūma unitas ubi nulla diuisio. Nec uaret si dicatur q̃ rō formalis specifica ē. Xe una quātūcūqz ꝯponatur ex genere et dīa quia tertia entitas que resultat ex genē et dīa ut pscindit ab eis est uere una in se et indiuisa ¶ Eodem mō dico de cōpolito ex materia et forma. quia 5a entitas est uere indiuisa ¶ Istis pmissis pono quatuor ꝯclusiōes ¶ Prima ē q̃ attributa nullā habent unitatem in rōnibus suis formalibus ultimate precisis. eoꝝ enim ratiōes formales cū sint simpliciter simplices. sūt primo diuerse. ¶ 2a ꝯclusio est q̃ attributa habent ueram unitatē in sua infinitate quia eis omnibus correspondet una infinitas indiuisa ꝑm quā sunt unū identice et etiam in abstractō. ¶ Tertia ꝯclusio est q̃ attributa habent unam unitatē in sua realitate qz oibus ꝯuenit una realitas pcisa ꝑm quam sunt idem realiter ¶ Quarta ꝯclusio est q̃ attributa habent ueram unitatem in essentia. quia in una natura indiuisa radicant cuius habent unitatē uerā cum sint in se. inuicē inexplicite intimata ¶ Tunc ad propositum magis descēdendo. inferuntur due illationes ex pmissis ꝯclusiōnibus. ¶ Prima ē q̃ cū distinctiōe attributoꝝ ꝯstat q̃ ipsa habent sūmā unitatem. habent enī unitatem essentie que ē sūma. et infinitatis et realitatis que sūt penitus indiuisa. ¶ 2a illatio ē q̃ stante illa distinctione attributa nō sunt sūme unū qz quādocūqz aliqua passio inest alicui ꝑ aliquod sbm ꝯmune. principaliꝰ in est illi primo cōi. sz unitas sūma inest attributis ꝑ diuinaꝫ essentiam. et ꝯpter unūqōqz. 2e sequitur q̃ ipsa illa unitate sit magis una q̃ sint attributa ¶ Item illa nō uidētur summe unuꝫ que ex suis rōnibus formalibus nullam unitatem habent ul' indiuisionem sed aliunde eis ꝯuenit. huius sūt attributa. Ista aūt rō tangit difficultateꝫ q̃ magis uidetur angelus et aia esse idem in sba. quia in ea ꝯueniūt ex rōne sua formali q̃ attributa cū essentia que nō ꝯueniunt in sua rōne formali ¶ Et ideo uidetur posse dici q̃ primꝰ modus pfectatis. cuꝫ sit potissimus. nō uidetur ita ꝑ se attributum in esse diuine essentie. sicut animalitas hōi et asino. et ꝑ ꝯs ita de unitate. quia tñ hoc est difficile credē. pōt poni q̃ unitas et pfectas ne se ꝯsequātur ꝑm oia. licet enī ꝑmus modus dicendi ꝑ se sit principalior q̃a ab oibus pſupponitur. tamen pōt dici q̃ unitas ꝑm istum modū non est maior. imo ita pfecta unitas ē unitas identica. sicut for/

In isto modo sicut in modi metre

// ꝯ ꝯ ꝯ ꝯ ꝯ ꝯ ꝯ

Nō ꝑ q̃ ē Attributū

malis ⁊ sicut una est summa ita ⁊ alia. Et ideo nulla maior est in creaturis. ¶ Quantum ad 4m principale. s. Utrum hec distinctio attributorum possit stare cum diuina infinitate. ¶ Dicit aliqui q̃ nõ. q̃ 6m doctrina bti dioni. de diui. no. Diuina infinitas est oia accipiens ⁊ p̃accipiens ⁊ coaccipiens in unitatem sumam, unde sicut infinitũ corpus non p̃patitur iuxta se aliud corpus, ita infinita entitas nulla alia a se distincta. ¶ Contra nam si p̃patio esset bona tunc deberes p̃cludẽ plus. sic enim corpus infinitum nõ p̃patitur secũ aliquod aliud corpus in uniuerso extra se. sic nec diuina entitas aliquã creaturã. ¶ Item licet diuina entitas oia coaccipiat, idemtice que. s. i deo sũt. nõ tñ infertur ex hoc q̃ formaliter. ¶ Ideo dico q̃ talis distinctio nõ repugnat infinitati diuine. sicut nec distinctio p̃sonarũ. q̃a sicut in tribus p̃sonis ponẽ una numero deitas. ita in attributis una numero infinitas. ¶ Sed p̃tra istud instat 4r ¶ Pri° sic. nam 6m anb. in p̃so m. Deus est quo nihil magis cogitari pot. Et ex hoc demonstramus unum esse deum. q̃ si eẽnt plures magis dicẽnt de pfectione. q̃ a simili in p̃posito. nõ ponãtur distincte pfectiones in deo. ¶ 2° sic. Omne illud qõ ẽ pfectũ simpliciter includit oẽm pfectionẽ simpl'r nõ pfectissimo. sed deus est ens pfectissimum ⁊ attributa dicunt pfectiones q̃ essentia diuina p̃tinebat attributa nõ pfectissimo. s. cum eo nõ stat formalis distinctio ¶ 3° sic Nam diuina essentia est pfectissima i sua rõne quidditatiua. ⁊ tamẽ pot intelligi aliquid pfectius ea. si ut sic accepta nõ includat oẽm pfectionẽ simpl'r. sicut suppositum nõ includens oẽm pfectionem 6m illam nõ est pfectissimũ. ¶ 4° sic. quia oia creatura ẽ impfecta cõ q̃ caret aliqua pfectiõe. ergo diuina essentia si caret aliqua pfectõne in sua quidditate. erit impfecta. ¶ Ad pmum dico q̃ si eẽnt ifiniti dii nõ eẽnt unico deo pfectiores eo q̃ equale ⁊ inequale sunt passiones quãtitatis finite. Cum q̃ rõ p̃bat p̃tra pluralitatem deorũ. nõ p̃bat p̃tra pluralitatem p̃sonarũ habentiũ eãdẽ diuinitatẽ Sic etiam nec p̃tra attributorũ pluralitatẽ cum habeant eandem infinitatem numero ¶ Ad 2m dico q̃ licet pmus modus pfectionis sit principalior nõ tñ maior. q̃ non solum pmus sed etiam secũdus stat cum infinitate ⁊ sũma pfectione. sicut primũ signum originis est quoddam principalius sed non pfectius 6m Dila. de trini. Attributa autẽ quãuis sint ita pfecta sic eẽntia ut p̃cisa ab omnibus attributis sicut cum eis sũpta simul. ⁊ hoc est p̃pter unicã q̃ntitatem uirtutis. s. infinitatem. tamen ois q̃ in pfectissimo sit aliquo mõ oia pfectio simpliciter. sed nõ quidditatiue. ¶ Ad 3m dico q̃ idem q̃ essentia est pfectissima in sua ratione formali. quia oẽm pfectionẽ includit eo modo q̃ aliquid aptum natũ ẽ includere nõ aũt quidditatiue. q̃ hoc sibi repugnat sed tantũ idemtice. ¶ Ad 4m dico q̃ essentia diuina simpl'r nõ caret aliqua pfectiõe simpl'r. sed tamen cum p̃cisione. s. q̃ddita/tiue caret. que carentia est solum 6m quid. nec ẽ ibi p̃prie carentia. q̃ carentia p̃prie nunquã est ibi nisi p̃ illo signo p̃ quo natum est sibi inesse oppositum carentie. sicut cattulus ante nonum diem nõ est cecus q̃a uiso nullo modo nata est sibi inesse ¶ Ad argumentum in oppositum patet.

Distinctio Nona.

Generatio ¶ Circa distinctionem nonam. quero Utrum generatio filii sit eterna. q̃ non in psal°. Ante luciferũ genui te. q̃ est ante genitum est in tempore genitum quia ante est dã temporis ¶ Cõtra in lib° sap. Ab eterno preordinata sunt. Dicunt duo facienda. Pri° quid sit eternitas. 2° de quesito. ¶ Quãtum ad pri^m dicũt aliqui q̃ diuina eternitas nõ sit aliud nisi diuina existentia. nam p̃ hoc q̃ ẽ eternus semper existit. ¶ Alii dicũt q̃ ẽ quoddam attributum spãle ⁊ diuisum ab aliis sicut bonitas ⁊ iustitia. q̃ demõstratur de diuina essentia. ¶ Alii dicũt q̃ dicit negatiõem principii in duratione. ¶ Alii q̃ dicit habitudinem ad tempus. ita q̃ eternitas est

illud quo deus pōt coexistere toti tēpori.
¶ Contra primū modū arguo sic. quecūq; sunt idem formaliter. si unum ꝓicatur ⁊ reliquū. sed eternitas ⁊ existentia sunt idem p̄te formaliter. ꝓstat aūt q̄ essentia ꝓicatur creature. g̃ ⁊ eternitas ꝓicabit creature. qd̄ est falsum. Minor patet p aug^{m}. qui dicit q̄ oīs creatura sub pticipatōe diuine essentie subsistit. Sequitur ergo q̄ si creatura pticipat diuiaz essentiā q̄ pticipabit diuinā eternitatem. qd̄ falsū ē. ¶ Contra 2^{m} qa illud qd̄ cuilibet attributo ꝓuenit seorsū. illud nō est spāle attributū. sed eternitas est huiusmōi. nam intellectus ē eternus. ⁊ etiam uolūtas. ⁊ sic de aliis.
¶ Contra 3^{m}. qz si creatura esset ab eterno. eternitas dei adhuc esset alterius rōis ab eternitate creature. ⁊ tñ creatura ita careret principio duratiōis sicut deus ¶ Cōtra. 4^{m} quia illud qd̄ absolute ꝓuenit deo omni alio circūscripto ⁊ remoto. nō ꝓuenit sibi in habitudine ad aliud. sed eternitas ꝓuenit deo oī alio circūscripto ⁊ tempore. igitur deus nō dicit eternus in habitudine ad tempus. ¶ Dico ergo q̄ eternitas est modus intrinsecus essentie diuīe ⁊ aliorꝫ diuinorꝫ. sicut existentia ⁊ infinitas attributorū. ¶ Et hoc pbo 4^{r}. ¶ Primo sic. Omne illud a quo abstrahit oīs q̄ditas est p̄cise modus. sed tam essentia quā attributa ⁊ oīa alia diuīa abstrahūt ab eternitate. qz oīs quidditas abstrahit ab omī duratiōe. g̃ ꝛc. ¶ 2° sic. illud qd̄ aduēiens alicui nō uariat eius rōnem formalem. est modus intrinsecus eius. hoc patet disti. 8. sed eternitas est huiusmōi. qz sicut finitū ul' infinitū nō uariat rōem formalē sapiēta eternum uel temporale. ¶ 3° sic. naz si mūdus esset creatus ab eterno adhuc eēt eiusdem rōnis formalis cum eo qui nūc ē ergo nō uariat rōnem formalem eius cui aduenit. ⁊ p ꝓsequēs ē modus intrinsecus
¶ Quarto sic. quia qd̄ est ꝓmune oībus a posteriori oībus dico diuinis. illud ē modus intrinsecus ⁊ nō aliqua quidditas. qz nulla quidditas est sic cōis. sed eternitas ē huiusmōi. ergo ꝛc. ¶ Dico q̄ eternitas est modus intrinsecus oīuz diuinorꝫ. nō solū absolutorum sed etiam relatiuorū. ⁊ in hoc differt a diuina infinitate que precise ꝓuenit absolutis ⁊ nō relatōnibus. ¶ Ex hoc patet q̄ quattuor ponūtur mōi intrinseci. s. existentia que est oībus ꝓis. necessitas ⁊ eternitas isti enīz oībus ꝓuenīūt. sed quart^{o} nō. s. infinitas. qz relatio diuīa nō est infinita ¶ Sed hic sunt due difficul.
¶ Prima est quomō aliquid pōt esse modus intrinsecus cum nō sit de quidditate eius. sed sit extra rōez diffinitiuā ¶ Dico q̄ non ideo dicitur modus intrinsecus. qz sit de quidditate eius cui^{s} est modus. uel de rōne formali. sed quia nō exit sic rōem formalem q̄ ad aliquā aliā reducatur nisi ad illam. nec facit nec habet aliquā rōnem formalē distinctaz. sicut intēsio ⁊ remissio in albedine que reducitur ad rōnem formalem albedinis. ⁊ ad genus eius. ¶ 2^{a} diffi. est quomō pōt p accidens ꝓuenire.
¶ Dico q̄ ꝓuenire p accidens potest intelligi dupl'r. Uel sicut accidens accidit sbo. Uel sic inferius accidit superiori. modus iste licet nō accidit uel p accidens ꝓueniat ꝑmo modo. quia sibi magis intrinsece cōuenit. s. ei cui ꝓuenit ¶ 2° mdo possum^{o} imaginari ꝓuenire sicut inferi^{o} accidit suo superiori. illa que sic accidunt multociens magis sunt intrinseca q̄ passio de. 2° mō. est itrinseca sbo. Ex^{m} dza ul' speties generi
¶ Quātum ad. 2^{m} principale. s. de quesito. Cōclusio est certa. s. q̄ generatio filii sit eterna. Sed quomō ꝓbatur difficile est. ꝓbatur autem a diuersis. 4^{r} ¶ Primo sic. illud qd̄ agit naturali necessitate q̄cito est necessario pducit. sed deus naturali necessitate pducit. ergo q̄ cito est producit. sed fuit ab eterno. ergo ab eterno producit. ¶ 2° sic. Agens nullo indigēs in actiōe sua q̄ cito est potest pducere. ⁊ si est necessariū pducens. q̄cito est necessario pducit. sed deus nihil aliud a se requirit in agendo ⁊ pducendo filium. ⁊ est necessarium pducens. g̃ q̄cito fuit necessario pduxerit. fuit autez ab eterno. ergo ab eterno produxit filiuz ¶ 3° sic. qd̄ producit sine puia transmutatione cōfestim pōt sine tempore pducere.







UNIVERSIDAD DE ZARAGOZA BIBLIOTECA

Ideo statim pducit. sed deus pducit filiū sine puia transmutatōne. g confestim pōt pducere. ¶ Ex^m^ pfirmans. qr. n. ignis generat ignem cū transmutatione puia. ideo si fuisset ignis ab eterno nō potuisset generare. sed qr illumiat sine puia transmutatione ideo si fuisset ab eterno potuisset illuminare ab eterno p^m^ Aug^m^ ¶ 4° sic, illa pductio pōt esse eterna. ⁊ p ons ē eterna si est necessaria. quia ē respectu pducti cui nō repugnat esse eternaliter. hoc patet in opposito. ideo enī actio mouētis nō pōt esse eterna quia motui repugnat esse eternū sed filio in diuis nō repugnat esse eternus ergo pductio eius pōt esse eterna. ⁊ p ons est. ¶ Sed apparet mihi q oēs iste rōes cōcludunt eque q mūdus fuisset eternus. uel potuisset esse ab eterno. sicut de pductōne filii diuinis. Suppono enī unam regulā manifestam. Quicquid dicitur de agentibus naturalibus de facto. totum est uerū de agentibus uolūtariis de possibili. Et isto supposito arguo sic ꝓtra pma. qr eodē mō quo deus quia est pductiu^s^ filii de necessitate. ab eterno pduxit. simil^r^ ab eterno habuit uim creatiuam. ergo ab eterno potuit creare. pertim cū mūdo non repugnet. ¶ 2° nō plus indiget deus ad pdu/ rendum creatura alio a se q ad pducendū uerbum. g potuit ab eterno. ¶ Cōtra 3^m^. Non plus agit deus ad extra pma transmutatiōe q ad intra. ¶ Cōtra 4^m^. Alicui creature nō repugnat plus fuisse ab eterno q filio. g si ex hoc filii pductio potuit esse ab eterno. creature creatio poterit esse eterna. ¶ Ideo arguo ad ppositā ꝓclusionem. sicut quādocūq; aliqō suppositū agit actione aliqua ꝓstitutiua i esse suppositali si suppositū est eternū. ⁊ pductio est eterna uel actio. sed in diuis pater eternaliter cōstituitur p generatōem. ergo ꝛc. ¶ Sed ꝗ hoc arguo 4°. ¶ Primo sic. quicqd attribuitur inferiori ⁊ superiori. sed factio est inferior q sit pductio. repugnātia aūt ad eternitatem attribuit factioni. g eodē mō attribuit pductōi ¶ 2° sic. quicqd remouetur a superiori ⁊ iferiori. sed repugnantia eternitatis remouet a superiori. s. a productione. g a factione. ergo aliquid factū potuit cē ab eterno. ¶ 3° sic. Nulla pfectō simpl^r^ potest dici de eo q nullā pfectionē dicit. eternitas dicit pfectōem simpl^r^. pductio aūt sicut ⁊ quelibet relatio nullā pfectōnē dicit. g eternitas nō dicet de pductōe ¶ 4° sic. nulla rō absoluta pōt fundari i relatiua. sed eternitas dicit rōem absolutā pductio aūt rōem relatiuā. g eternitas nō pōt fundari in pductione. ⁊ p ons nec erit eterna ¶ Ad ista ad p^m^ū. dico q in pdicamētis negatiuis. nec relatiuis eqpollētib^s^ negatiuis. nō tenet locus a parte sbiectiua huiusmōi ē repugnātia ꝓtrarietatis. unde nō sequit rudibilitas repugnat bōi. ergo aīali. Et sic dico ad 2^m^ argumē^m^ ¶ Ad 3^m^ dico q pfectio simpl^r^ nō pōt ꝓpetere q̄ddītatiue alicui nō dicenti pfectionē. sed bene denoiatiue. licet aūt eternitas nō includat quidditatiue in pductione. pōt tn eam denominare. ¶ Ad 4^m^ dico eodē mō. licet. n. absolutū q̄ddītatiue nō possit includi in respectu. tn denoiatiue bn pōt dici. sicut dicimus q pductione diuina denoiatiue bn pōt dici ⁊ nō q̄ddītatiue ¶ Ad argumentum in oppositum patet.

Q. 2^m^

Q. 2^m^ Ut rus deus sit simpliciter immutabilis q non. quia in deo ē transitus. ergo ꝛc. Probatio huius. quia in geñ scribit. Tactus dolore cordis intrinsecus. g ꝛc. ¶ Cōtra alibi. Ego dominus ⁊ nō mutor. g deus ē inmutabilis ¶ Hec ē ueritas certa ⁊ determinata. sed tota difficultas est in pbando. Probat autē a diuersis 4°. ¶ Primo sic. Nullū ens pfectissimū pōt transmutari. s3 de^o^ ē huiusmōi ergo ꝛc ¶ Maior pbatur. quia illud qō est ens pfectissimū nō pōt recipere aliquid quia oia habet. illud aūt qō ē mutabile bn pōt recipere aliqd. ¶ 2° sic. nullus ens qō est purus act^s^ pōt mutari. sed deus ē huiusmōi. g ꝛc. Minor patet. quia illud quod est mutabile ut sic. illud est in potentia. et autem qō ē in potētia repugnat q sit act^s^ purus. ¶ 3° sic. nullū sūme simplex ē mutabile. de^o^ est huiusmōi. g ꝛc. Maior pbatur. quia illud qō mutat necessario pōt

Dō regtā singulare

Rō ypothetica

recipere minū. ⁊ sic ꝓpositōem. Sūme aūt simplex nō pōt cuz aliquo ꝓponi. ¶ 4° sic Nullus necesse esse est mutabile. deus est huiusmōi. ergo ꝛc. Maior ꝓbat q2 illud qō est necesse esse nō pōt aliqd i se hīe qō non habeat. Illud aūt qō mutat ex eo q̄ mutatur necessario aliquid recipit qō non habebat. ⁊ illud etiā acceptum est ꝓtingēs ergo ꝛc. ¶ Iste rōnes uidentur militare ꝓtra aliqua que sunt uera de deo. nā ꝑma rō uidetur tollere ordinē essentialē essen/tialiuz a notionalibus. sic ens pfectissimū nō pōt aliquā pfectionē uel aliquid aliud recipere. sz in ꝑmo signo in qua eēntia ꝓce dit relationē est ens pfectissimū. quia p re latōnē nihil sibi accrescit de pfectiōe ex ad uentu relationis quia nulla pfectio est. g ipsam relationem nō poterit recipere uel fundare. Si dicatur ꝓcedo q̄ nō pōt recipe quia tunc nō esset ens pfectissimū. sz bene fundare. ¶ Contra tunc arguo, ratio nō ostenderet qn deus posset mutari ad rela/tionem sui ad creaturam q2 p te hoc non ē impfectionis. ⁊ hoc posito necessario ē mu tabilis. quia oē illud qō habet i se aliquaz formā uel rem qua denominat tale. ⁊ eam prius nō habebat necessario ē mutatum. ¶ Cōtra 2.m eodēmodo arguo. nam i illo priori quo eēntia ꝓcedit relationē ipsa est purus act°. ergo ut sibi repugnat recipe relationem ad intra. uel si nō repugnabit sibi recipe relatōem ab extra. ¶ Cōtra 3.m nam pfectiones diuine ut dictū est distingūtur ab essentia. ⁊ tñ hoc nō obstāte etiā q̄ ipsa sit pur° actus ⁊ simpl'r simplex. ad huc illa distinctio stat. ergo eodē mō de ter mino motus. ¶ Contra 4.m. licet enim re pugnet necesse eē recipe ꝓtingens. nō tñ re pugnat respectus ad extra. exquo sibi nō repugnet creatio. ¶ Ideo arguo aliter ex infinitate est quicquid habet ⁊ quicqd est est deus. si ergo mutaret termin° mutati onis habet a deo. ⁊ sic esset de nouo de°. sz hoc repugnat deo. g ꝛc. ¶ Sed ꝫ istud ar guo 4'. ¶ Pri° sic. omne qō se habet nūc aliter q̄ prius mutat. sz posito aliq° ordi ne in diuinis. hoc accidit. g ꝛc. Minor ꝫ nā si intellectus ē prior uolūtate. in priori signo intellectus hētur ⁊ uolūtas in 2°. h° ergo aliter in 2° q̄ in pri°. ¶ 2° sic. accepta eadem maiore accipio aliam minorē. sz in tellectus in pri° signo originis nō ē alter tus. similiter pater in ꝑmo signo nō habet filiū uel filius non est. in 2° aūt hēt filiū ⁊ fili° est. ergo ꝛc. ¶ 3° sic. omne qō trāsit de otio in opatōem necessario mutat. de° ē huiusmōi. g ꝛc. Maior uidet manifesta. Minor ꝓbat quia deus nūc creat ⁊ pri° non creauit. hic est talis transitus. ergo ꝛc. ¶ 4° sic. impossibile ē esse transitū de con tradictorio in ꝓtradictoriū sine mutatiōe sed deus fit de nō uolente uolens. uel ecō/uerso. hoc aūt mutatio nō est in obiecto. q2 ipsm ꝓtingit nihil esse. hoc ergo est in deo. ⁊ sic ꝓpositū. ¶ Ad pri'm istoꝝ dico q̄ mu/tatio nō est nisi i signis successiuis. nō aūt in ꝑmanētibus. cuiusmōi sūt signa origis ⁊ nature. Ex'm sbm ē prius natura passiōe nūq̄ tñ mutat ad eam. quia prius ⁊ poste rius ꝑmanētia sunt. Eodē modo dicit ad 2'm. ¶ Ad 3.m dico q̄ non fit mutatio i deo sed in creatura. nō. n. dicit deus nunc creat ⁊ prius nō ꝓpter aliquid qō sit in deo qō prius nō erat. sed ꝓpter nouitatē in termi no. quia creatura nūc incipit. ¶ Ad 4'm di co eodem mō 5'm Scotū. q̄ sit aliqua mu/tatio ex pte obiecti. ideo nūc dicitur deus uolens ⁊ prius nō. uel ecōuerso. ꝓducitur eni obiectū in esse uolito q̄ prius non. de hoc alias dicet. Ad argumentū patet.

Vtrum aliqua creatura sit muta/bilis. dico sicut Scot°. q̄ aliqua creatura est que est immutabilis nam ponēda est ultima forma i uniuerso sed tali repugnat mutari. quia si mutaret ad aliam que esset ulterior mutaret. Hoc autem ꝓbo sic. nam sicut in mouentibus ⁊ motis est dare statū primo in mobilib° q̄ ē deuenire ad aliqō mouens immobile. ita est deuenire ad aliqō motū nō mouens sicut forte prima materia. Aliud autē qō utrūqz ⁊ mouens ⁊ motum est. Et sic ap/paret q̄ sit uel esse debet in formis. nā ali qua est forma informata. simul ergo erit deuenire ad aliquid qō erit ita iformatū

Non deq; ad ut est in deo et sic est necē ut respicit ꝛtingentia et ē ꝛtingens

Pondere formaliter et denominatione, mēn denominatione denominatione, ꝛo cīn

ꝗ non erit informās. etiam ē deuenire ad aliquid qō ita erit informans ꝗ nō informatum. ⁊ est hec illa ultima forma ¶ Cōtra illud quo aliquid mutatur ē mutabile ¶ Dico ꝗ esse mutabile pōt intelligi. uel ꝗ sit rō immutandi aliud. ⁊ sic illa ultima forma est mutabilis. qz est illud quo ſm eam recipiens mutatur. uel pōt dici mutabile. quia recipit in se aliquid aliud real'r ab ea. sic est mutabilis.

Mutabile ut quod est impman ne ut quod est stūe

Q°. 4°

Vtrū deus ꝓducat res naturali necessitate. ꝗ nō. quia tunc aeterno ꝓduceret ¶ Cōtra dioni. de diui. no. c°. 4°. sicut sol non ꝓmissa deliberatione radios diffundit. sic deus bonitatem suam ꝓmunicat ¶ Dic est ꝗuersia in theologos ⁊ phōs. Primo ergo ꝓbo rationes phōꝝ. ꝗ deus naturali necessitate oia ꝓducit. 2° soluam. 3° pono rationes uarias theologoꝝ ¶ Preterea rō phōrū est ista. pfectissime cause debet attribui ꝓ fectissima causalitas. ⁊ p ꝓns pfectissim⁹ modus causandi. sed necessaria causalitas ⁊ causare necessario. sunt pfectiora ꝗ ꝗtingens. quia necessariuz nobilius ē. ergo ꝛc

Pma

Pma

Cause

¶ 2° sic. oīs ꝓditio pfectionē dicens ꝓpossibilem causalitati prim efficientis ē sibi attribuenda. sed necessitas est huiusmodi ponitur eni in diuisione entis ad dextraz ⁊ est ꝓpōibilis causalitati primi entis. qa oia ad dextrā posita sunt possibilia. g ꝛc. ¶ 3ª ratio est ista. in quocūqz agente idē est esse ⁊ agere. si eē est necessariū ⁊ agere. ꝓstat aūt ꝗ ēdiui⁹ ē necessariū. g ⁊ agere ¶ 4ª ratio est. sūmo enti necessario nihil pōt p accidens ꝓpetere. sed de⁹ ē huiusmōi ꝓpteret aūt sibi agere p accidēs si ꝗtingēter ageret. quia illud qō ꝗtingenter agit. p accidens agit ⁊ non p se. ¶ Ad primuz istoꝝ. dico ꝗ si talis ꝓditio eēt ꝓpossibilis debet sibi attribui. sed necessitas nō ē sibi ꝓpossibilis. Et⁹. omis pfectio debet attribui xpo. sed pfectior esset sibi humanitas si eēt natura spūalis. ergo debet sibi attribui. nō ualet ꝓpter ꝓpossibilitatez. ¶ Ad 2⁹ dico ꝗ licet necessitas sit ꝓpōibilis pme cause ꝗtum ad illud ꝗ est. quia ut sic ē necessaria. tamē si ꝓsiderek uirtualiter qa ut sic respicit ꝓtingentia. ideo necessitas ut sic est sibi icōpossibilis ¶ Ad 3⁹ dico ꝗ actio que est formaliter i deo est necessaria. qz ē deus. Si aūt ꝓsiderak ꝗtum ad illud ꝗ respicit uirtual'r. quia illud ē ꝗtingens impossibile est ꝗ actio sit mli ꝗtingēs ¶ Ad 4⁹ dico ꝗ accidere pōt intelligi dupl'r. uel formaliter ⁊ sic maior est uera qz summo enti ꝛc. uel pōt itelligi accidere denoiatiue sc3 extrinsica denoiatione. ⁊ ut sic dico ꝗ maior est falsa. ⁊ aliquid ꝓuenit deo p accidens ¶ Sed rema. diffi. deus eni agit ex plenitudine bonitatis. ꝓstat aūt ꝗ necessario est bon⁹. ergo ꝛc ¶ 2° p te. deus agit ex liberalitate ⁊ libere sicut dictū est de plenitudine. sed ē necessario liberalis ⁊ libe raliter. eēt inuidus ¶ Ad primū dico ꝗ ex plenitudine pfectōnis habet deus ꝗ sit p ductiuus. ul' ꝗ possit ꝓducere. sed ꝗ ꝓducat nō est necessariū. nec sequit necessario plenitudinē pfectionis. quia si nō actu p ducere adhuc esset ꝓductiuus ¶ Ad 2⁹ dico ꝗ licet eodē mō posset dici de liberalitate sicut dictū est de plenitudine. tñ aliter pōt dici ꝗ liberalitas sua ꝗtuz ad necessariam ꝓductionē solum saluak ad necessaria ubi se ꝓmūicat p amorez ¶ Sz adhuc rema. diffi. qz oī potētie passiue uidek tanta necessitate correspōdere actiua ꝗta ipsa est passiua. sed creature sūt necessario ꝓducibiles. ergo ꝛc ¶ Dico ꝗ necessario ipsa potentia est ꝓductiua. non ꝓducēs ¶ Sz ꝗtra. frustra est potentia que nō reducitur ad actum. ¶ Rño ⁊ dico ꝗ in deo ē necessario potentia ꝓductiua. sed non sequitur ꝗ eēt frustra. si nō ꝓduceret. quia sufficit ad hoc ꝗ nō sit frustra ꝗ posset reduci. ul' possit reducere. ⁊ maxime qñ est pfectio agentis ¶ Nunc 2° uidendum est de rōnibus theologoꝝ. ꝓbantium ꝓtem oppositā Et breuiter reduuntur ad quattuor uias Aliqui eniz ꝓbāt sic. omne agēs naturale per naturam agit propter perfectionem sui. deus eniz nō pōt agere ꝓpter pfectōez sui. quia ipse est pfectissimus. ergo si agit ꝓpter pfectionē. agit ꝓpter pfectionē alterius. sed ꝓpter aliud non pōt necessario

Non ex ꝓ

Ꝓnagendis ex

Natura formalis materialis

agere. g̃ libere agit. ¶ 2° sic. agens ꝓpter finem ⁊ p ꝓñs diligens finẽ. ⁊ alia ꝓpter finem: nõ necessario diligit ea que nõ habent necessariam ꝓnexionem ad finẽ. sed creature non habent ꝓnexionẽ ad finem: ergo respectu illoꝝ nõ se habet necessario ¶ Ad primã istaꝝ. q̃ deus ꝓpter infinitatem pfectionis sue necessario agit. ⁊ nõ ꝓpter acquisitionẽ pfectionis alteri ¶ Et ꝓpterea ꝓcluderet q̃ pater nõ natural'r produceret filiũ. quia nihil sibi aduenit. ¶ 2ª etiaꝝ ratio supponit unũ qõ oꝝ pbare. s. q̃ creature nõ habent necessariã ꝓnexionem ad deũ. quo negato nihil ualet ¶ Pono ergo rões Scoti. ⁊ arguo sic. oẽ ens qõ ẽ sũme necesse esse simpl'r põt eẽ oi alio nõ posito qõ est min⁹ necesse eẽ. Hoc ꝓbo du⁹ Primo ex rõne magis ⁊ min⁹ ipossibilis 2° ex uero ⁊ falso. Primo sic. Naꝝ si unũ ipossibile habeat duas rões ipossibilitatis ⁊ aliud unã tm. sublata una rõe ipossibilitatis ab utroqꝝ unuꝝ remanebit possibile quia non hẽbat nisi unam rõnẽꝝ ipossibilitatis. ⁊ illa intelligitur iam abstracta. aliud aũt quia hẽbat duas ⁊ nõ est abstracta nisi una intelligitur ipossibile ꝓpter aliam remanẽtẽꝝ. si ergo ex min⁹ ipossibili seq̃t maius ipossibile. poterit ex possibili sequi ipossibile ¶ Ex hoc patet ꝓpositio Illud ẽ magis necesse eẽ cuius oppositũ ẽ maius ipossibile. ⁊ illud minus necesse eẽ cuius oppositũ ẽ min⁹ ipossibile. si ergo ex remotione min⁹ necessarii sequit remotio magis necessarii. ex possibili sequit ipossibile. qõ est manifeste falsũ ¶ 2° sic. si magis uerũ habeat duas rões ueritatis. ⁊ minus unam tantuꝝ. sublata una ab utroqꝝ unuꝝ remanebit falsũ. ⁊ aliud uerũ. Si g̃ ex min⁹ falso sequit magis falsũ. resoluẽdo erit dare q̃ ex ꝛo seq̃t falsũ. magis. n. necesse ẽ maius uerũ. ⁊ min⁹ necesse min⁹ uerũ. Si ergo remoto min⁹ remouet mai⁹ sequit ex uero falsũ. qõ ẽ incõuenẽs. Accipio ergo maiorẽ ꝓpõnis sic pbatã. quãdo aliquid ẽ sũme necesse eẽ. illud põt eẽ omni alio nõ posito qõ nõ est ita necesse eẽ. sed si necessario pduceret. ablato pductio qõ est min⁹ necesse eẽ ipsum nõ posset eẽ. ergo sequitur necessario q̃ deus est sic sũme necesse eẽ q̃ nihil aliud eẽt necessario extra se.

¶ Confirmat quia si necessario pducẽt referretur relatõne que ita est necesse esse sicut deus. ipossibile ẽ aũt aliq̃ relatõnem simpl'r necessariã eẽ ad terminũ ꝓtingentẽ creature aũt ꝓtingentes sũt. ergo non põt referri nec p ꝓñs creare. ¶ Postea arguit supposito q̃ deus coagat cause 2ᵉ. Et pri⁹ sic. quãdocũq̃ aliqua agẽtia ordinata sũt si primũ mouet necessario ⁊ 2ᵐ necessario mouebit. maxime si 2ᵐ nõ mouet ubi quia motuꝝ tanta necessitate mouebit q̃ta movetur. cum ergo deus sit primũ agens oia in Xtate sua ꝓtinẽs. ⁊ causãs oẽs effect⁹ si ipse necessario ageret. oẽs cause necessario agẽnt. ⁊ p ꝓñs oia erũt de equali necessitate. ¶ 2° sic. cum ois causa 2ª dependeat a ꝓma ⁊ in eẽ ⁊ in fieri. ⁊ p ꝓñs i actõe. si p⁹ necessario causet. oẽs necessario causabunt ⁊ sic oia de necessitate euenirent. qõ est manifeste falsum ¶ Sed oẽs iste rõnes supponũt unũ qõ ẽ dubiũ qõ. s. negat a multis fidelibus. ⁊ tenẽtibus ꝓclusionẽ q̃ de⁹ ꝓcat oia. Dicũt enim aliqui q̃ de⁹ dat uim causatiuã alis ⁊ ꝓseruat. ⁊ nõ plus. Ideo pbat aliter. Pri⁹ sic. deus ꝓtinet Xtual'r causas secũdas. g̃ ⁊ effect⁹ eaꝝ Xtual'r ⁊ i mediate ꝓtinebit. Tunc arguo sic. omne necessario agens ꝓtinens Xtualiter aliquẽꝝ effectũ sicut agens. tale prius agit q̃ aliud ita effectus ticius ponẽt p istud q̃ p aliud sed deus est agens de necessitate ⁊ cõtinet effectus oiuꝝ causaꝝ secũdaꝝ. ⁊ prius causat ordine nature q̃ cause secũde. g̃ necessario pducet oẽs effect⁹ eaꝝ ¶ 2° sic. causa agẽs de necessitate ꝓtinẽs effectũ 1ᵐ oẽꝝ pfectõẽꝝ effectus. necessario pducet effectũ ita pfectũ sicut potest pduci effect⁹. sꝫ de⁹ est huiusmõi. g̃ quicquid erit in uniuerso erit pfectissimũ ¶ 3° sic. causa agẽs de necessitate nõ ipedibilis pducit oia que põt ⁊ sic cum deus oẽs effectus possibiles contineat. erunt tot pducti quot pductibiles similiter non dimitteret malũ in uniuerso quia infinitũ causabit bonũ ¶ Nunc pono rõnes alias que possũt moueri. suppono eui unum qõ fuit ⁊ est satis ꝓbat⁹

phōz.s.q elemēta nō sunt disposita (sicut
patet) ut apta nata sunt disponi grauiora
enim debent eē deorsū. Aqua eni ē grauī
inter alia preter terrā. ⁊ ita aqua debet co
operire terram. Ad quod dicūt phi uiden
tes hoc q natura naturans sic puidit pro
salute aliquoz. aialiuz que nō pōt uiuere
in aqua. Hoc ergo supposito arguitur sic.
Omne agens de necessitate pducit effectū
ꝑm q effectus natus est pduci. uel agi ꝑm
naturaz suā ppriam. sed ꝑm naturā ppriā
elemētoz. aqua debuisset cooperire terraz
ex omni pte. ergo si de natural'r ageret
ordo ibi nō pōt esse similitas oioda. ergo
si in diuis est ordo. necessario ibi erit priⁿ
⁊ posteriⁿ. Maior est manifesta ꝓpter ra
tionē opionis. Minorē declaro. Ordo enim
est habitudo disquipantie que nō pōt esse
iter illa que sūt eiusdē rōis pᵐ q huⁿ mōi
Similitas aūt ē relatio equipantie que fū
datur super unum uel loco uel tempe. uel
natura. ⁊ sic de aliis. g cū relatio disquipā
tie nō possit eē inter extrema rl'onis equi/
pantie inq̄tuz talia. si ordo ē inter pſonas
istas diuinas. sequit necessario q ibi non
erit oioda similitas. ¶ 4° sic. in quocunqz
ordine eēntiali est inuenire primū. necessa
rio ibi ē inuenire ultimū. quia si nō. tūc eēt
pcessus in infinitū. sed in diuis ē inuenire
primā pſonam. ergo erit iuenire postremā
uel ibi erūt ifinite. ¶ Si dicas q ē deueni
re ad tertiā. ⁊ sic nō ē pcessus in infinitum
Illa aūt 3ª nō ē ultia. ¶ Cōtra negādo p
positū. pcedit ꝓpositū. si post tertiā nlla sit
ergo ipsa ē ultia. ⁊ cum 3ª sit. p ōīs ultima
¶ 2ᵐ dictum est q in diuis ē dare primū
2ᵐ ⁊ ultimū. sed tn non prius ⁊ posterius
Et si hoc eēt uex tunc rōnes facte licet cō/
cluderent q istud sic eēt. tamē nō ꝓcludunt
plus nisi q ibi ē primū ꝛc ¶ Sed ꝗ dictū
illud arguit 4ᵒ. ¶ Primo sic. quādocūqz
aliqui gradus sūt eēntialr ordinati. ubi in
uenitur posterior ⁊ prior. sed gradus ꝓpa
tiuus ⁊ suplatiuus sūt eēntialiter ordinati
Suplatiuus aūt ē posterior respectu ꝓpati
ergo ꝛc Cōstat aūt q priⁿ ē ꝓpatim. ⁊ pᵐ
suplatiuū. g ubicūqz erit primū necessario
erit priⁿ. Dic nulla ē euasio nisi dicat sicut
uidetur dicere unus doct. q priᵐ nō ē sup/
latiuū sed positiuū. prius aūt ꝓpatiuū. iō
nō sequit. ¶ Sz ꝗ hoc arguitur. 4ᵒ. ꝗ illud
dictum de significato uocabuli ¶ Primo
arguo grāmatical'r / 2° logical'r / 3° natu
ralr / 4° theologice. ¶ Primo grāmatica
liter. Naz grāmatica ꝓfuerunt sic declinare
pridez prior primū. ergo ꝛc. Unde gram
maticus dicit q quedā sūt noia que sūt in/
declinabilia in positiuo. sed in cōpatiuo ⁊

1. 8ᵒ 3ᵒ q. 1ᵒ ad 2ᵒ

29 ar. 1ᵒ

Thomas

ꝓlog. q. 1ᵒ

maior est nō pmp tho
prior arte dnp. nō ill
mnemt sb ado gne
mn mnemat sb ado
eq spe

Q. est ordo

suplatiuo declinabilia. sicut pridez. ⁊ prior primus. In quocũqz enim casu accipitur in uariabil'r pridez. prius ⁊ posterius uariat ergo ꝛc. ¶ 2° logice arguo sic. Logic° po mit. x. genera. s. x. ꝑdicamenta. cõstat aũt ꝙ nulla genera priora põit. qa cũ genera in ter media iter ꝑdicamẽta. ⁊ genera proxia spẽbus sunt priora simpl'r ¶ Tunc arguo sic. Maior est ml'titudo positiuoꝝ. q̃ ꝓpatiuoꝝ ⁊ suplatiuoꝝ. sed tm̃ sũt. x. gña ꝑma ⁊ tamẽ multa priora. ergo primũ nõ ē positiuum. quia oē prius esset primũ. ⁊ nõ ecõuerso. ¶ 3° natural'r arguo sic. Naturalis pbus docet ⁊ demonstrat ꝙ est dare unum primũ mouens. Constat ꝙ ꝑm̃ cum multa sũt priora. g̃ necessario primũ ē posterius ẽntial'r q̃ sit prim°. ⁊ sic ꝓpositũ. ¶ 4° sic theologice beatus Dionisius de angelica hierarchia. In quolibet ordine est ꝓcedere a posteriori ad prius ⁊ usqz ad unã hierarchiam. ⁊ final'r est dare unum seraph. qui simpl'r ē primus. ⁊ sup oẽs. Cõstat autẽ ꝙ ibi sũt priores multi. quia oẽs ꝑter ãfimus usqz ad primũ. hoc patet q̃ qõ ꝑsupbabũ dãtiam dicit uni soli ꝓuenit. Siml'r i uno quoqz genere est dare unũ primũ. ⁊ ml'ta priora. ¶ Ideo ꝓuictus rõne. Dico ꝙ cum in diuinis sit ordo. ⁊ ꝑm̃ illos est dare prim̃. 2m̃ ⁊ 3m̃. ibi erit prius ⁊ posterius. ¶ Et cõfirmat quia oẽs difficultates que fiunt in arguendo. assumendo prius eedem equẽ ꝓcludũt assumendo primũ. ¶ Istud cõfirmatur ꝑm̃ Augm̃ ꝑm̃ qõ sunt allegatum ad principale. quia de triplici habitaculo dicit ꝙ in patria uidemus. ꝙ pz̃ est prior origie filio. q̃ sbm̃ esse nequit sine passione. Ordo aũt orgis aut est hic ab hoc. aut ē passio istaꝝ. originũ. ¶ Quãtũ ad 2m̃ principaliter inquirẽdũ est. Utrz pater sit prior origine filio. ¶ Dico ad hoc sic dicit doctor noster ꝙ sic. ⁊ psuadet sic. ubicũqz ē hoc ab hoc. illud a quo est hoc. est prius origie. ⁊ illud qõ est ab eo est posterius. sed in diuis pater ⁊ filius sic se hẽnt ꝙ filius ē a patre ergo pz̃ prior. q̃ est a quo. ⁊ filius ē posterior origine. q̃ est ab alio. ¶ Ista ueritas ꝓfirmatur ꝑ beatum Augm̃ qui dicit prio de trin. ꝙ nulla res ē que seipsam gignat ⁊ nll'a rõ de mũdo põt assignari nisi ꝙ idẽ esset prius seipso. nam si illud nõ eẽt incõuemẽs. eẽt possibile ꝙ aliqd gigneret ꝓius existens seipsum posterius exãs. ¶ Sed tamẽ q̃ Augo nõ reddit explicite illã cãm adduco tibi Anſ. in mona. p°. Intellect° inquit Anſ. nõ capit. ꝙ idem det sibi eẽ. q̃ tunc idem esset prius seipso. pater aũt dat esse filio. nõ est aũt inconueniens ꝙ aliquid sit prius alio. ideo pz̃ distinguit a filio cui dat esse. ¶ Sed ꝗ ista ꝟitatem sic ꝓfirmatur. s. ꝙ pater sit prior origine instatur 4r. ¶ Primo sic. In isto priori origine in q°. pz̃ est prior filio. aut filius hẽt esse. aut nõ si sic cum illud qõ habet esse ꝑ aliquo prio signo in 2° signo posteriori nõ pducit. filio non pducetur. ⁊ psona filii esset prior tũc seipso. quia est posterior pz̃e. Si dicatur ꝙ non habet esse. ⁊ loquor de eẽ simpl'r. sequitur necessario ꝙ accipiet eẽ simpl'r post nõ esse simpl'r. qõ est ꝓpriũ creature. ¶ 2° sic si in illo priori origis filius non est. istud non esse nõ habet a patre. quia pz̃ nõ ē principium nõ essendi. oz ꝙ nõ esse istud hẽat a se. sed oẽ illud qõ a se habet nõ esse. est de se possibile nõ eẽ. q̃ sibi ex se nõ repugnat non esse. filius ergo erit ꝓtingens. ¶ 3° sic in quocũqz signo pater est. pater generat. sed pater est pz̃ in primo signo. g̃ pater generat. Tũc sic. aut generat aliqd. aut nihil non est dicẽdum ꝙ nihil. q̃ nihil generare. est nõ generare. ergo aliquid ⁊ illud ē filio ergo filius est ꝑ primo signo. ¶ 4° Illa signa originis sunt in eodem instanti eternitatis. sed in primo signo originis filio non est. in 2° filius est. ergo in eodez instãti eternitatis filius est ⁊ filius nõ est. ⁊ sic cõtradictoria simul. ¶ Ad primũ dicunt aliqui ꝙ filius est i primo signo originis. sz̃ hoc nõ intelligo. quia esse in primo signo originis est esse a se. sed filio repugnat eẽ a se. ergo filio repugnat eẽ in primo signo. ¶ Dico ergo ꝙ esse post nõ esse põt intelligi dupl'r. Primo ꝙ habeat eẽ simpliciter post nõ esse simpliciter. ⁊ hoc est falsum. q̃ hoc ꝓpriũ ē creature. 2° mõ põt intelligi post nõ esse accipe esse. hoc est post non esse ꝑm̃ quid accipe esse simpl'r. ⁊ isto mõ non

1 pmo

2 sub ad 4

nõ ꝙ

est inconueniens. ⁊ sic procedo q̃ filius habꝫ eē
simpl'r post nō esse p̃m quid. nam filius in
primo signo habet nō esse. Istud aūt nō eē
cum determinatōne signi est solum non eē
tale. ⁊ nō simpl'r nō esse. Exemplū in pri°
signo q̃titatis homo p̃m quid nō est risibi
lis. quia in 2° mō dicendi p se. debemus g̃
procedere q̃ fit de nō risibili p̃m quid risibile
simpl'r qꝫ nō esse quidditatiue risibile. nō
est simpl'r nō risibile. sed solum p̃m quid.
transit ergo homo de nō risibili p̃m q̃d. ad
risibile simpl'r. ¶ Sic dico i ppposito q̃ nō
esse in primo signo nō est aliud nisi non eē
a se. non esse aūt a se est nō esse p̃m quid. qꝫ
illud stat cum esse simpl'r. ¶ Sꝫ dices. sal
tem oꝫ procedere q̃ filius transit de non esse
tali ad eē simpl'r ¶ Potest dici magis sb
tiliter inuestigando q̃ qñ duo p̃dicata di/
cuntur de aliquo. unuꝫ affirmatiuū. aliud
negatiuū. p pri° pueniet sibi illud affirma/
tiuum. si q̃dditatiue dicitur de eo q̃ aliud
scꝫ negatiuū. quia negatiua p̃dicata semp
supponunt aliqua affirmatiua. plertiꝫ illa
que sunt q̃dditatiua. ⁊ in prino mō dicen
di p se. Sic est in ppposito. nam de filio di/
cuntur duo p̃dicata. unū affirmatiuū. filio
est filius. Aliud negatiuū. quia est nō a se
Tunc dico q̃ in 2° signo origis qñ utrūqꝫ
dicitur de eo. prius pueniet sibi esse filium
q̃ nō eē a se. Negatio enim fundatur sup
q̃dditatem termini. uel sup aliquo suppo/
nente q̃dditatem. Non esse aūt a se est pre
dicatum negatiuū. ergo nō debemus ima
ginari q̃ filius prius non sit a se. ⁊ postea
sit. sed totum oppositū q̃ prius est simpl'r
⁊ postea nō est a se ¶ Sed remanet diffi.
quia in illo priori. aut filio est a se. aut nō
Hoc est querere. filius aut est simpl'r a se
aut nō est simpl'r a se. Ista nō est ꝓximissima
Si dicas q̃ filius nō est simpl'r a se. g̃ ne/
cessario nō solum transit de nō eē p̃m quid
ad eē simpl'r. qō dicebas i pcedente solutōe
sed de non eē simpl'r ¶ Dico q̃ posset dici
q̃ filius transit de nō esse simpl'r cum de/
terminatione accepta ad esse simpl'r. nam
filius nō est. uł nō habet eē simpl'r a se. hēt
tñ esse simpl'r ab alio. ⁊ sic accipiendo non
esse simpliciter cum determinatōne ad esse
simpliciter sine ea est falsū ⁊ impossibile
Exemplū deus est prior creatura pfectiōe
deus ergo in illo priori habet eē simpl'r. in
posteriori aūt correspondente hēt non esse
simpl'r. quia deus nō habet esse simpl'r cū
omni gradu pfectionis qui est in creatura
non habet ergo deus esse simpliciter. ⁊ nō
esse simpliciter sine determinatōe. quia tūc
ꝓtradictio eēt. sed hēt eē simpliciter cum de/
terminatōne p posterius signū facta. ⁊ non
esse simpl'r. ⁊ sic ad illud ¶ Ad 2m dico q̃
filius illud nō eē p illo signo priori. s. nō
esse a se habet a pte. Et huius rō est ista. nā
quādocūqꝫ aliquod agēs dat eē alicui sbo
simpliciter ⁊ ipsuꝫ pducit. pcomitanter. p
ducit oēs passiones illius sbiecti uel positi
uas uel priuatiuas eo mō quo sibi pcerit
pducere. sed filio pater dat eē ⁊ ipm pdu/
cit ad eē. ⁊ p pñs oēs ꝓprias ⁊ p se passio/
nes filii tam positiuas q̃ priuatiuas. In/
ter alias passiones demōstrabiles de filio
est q̃ nō est a se. ergo hoc habet a pte. Da
tor patet quia deus pducendo celū pducit
eius mobilitatem ⁊ incorruptibilitatē. ⁊c.
¶ Et qñ dicis pater nō est principiuꝫ non
essendi. Dico q̃ pater nō est principiū non
eēndi simpl'r ⁊ sine determinatione. sed pte
bene pōt eē ⁊ est principiū nō eēndi p̃m q̃d
uel simpl'r cum determinatione. sicut in p
posito. ¶ Ad 3m dico a simili. Pri° q̃ de
pater intelligit creaturam a se. ⁊ p pñs in
illo priori quo pcedit alias pśonas q̃tum
ad operari. ⁊ tunc creatura nō ē in illo pri/
ori certum est. Arguitur ergo sic. deus pte
intelligit creaturā in illo priori. aut nihil
intelligit. nō est dicendum q̃ nihil. ergo ali
quid. sed tñ nō sequit q̃ licet intelligat pro
illo priori q̃ ppter hoc creatura sit obiectū
p illo priori. tamē sequit q̃ sit simpliciter
obiectum. nō tñ cum determinatōne signi
originis ¶ Eodem mō dico ad argumen
tum. pater in illo priori generat. pcedo. aut
aliquid. aut nihil simpl'r. Sic dicendo non
addita aliqua determinatōe. pcedendum ē
q̃ aliquid generat. Si aūt ponas in pmo
signo aliquid generat. aut aliquid generat
in primo signo. aut nihil. neutra pars tūc
temporis ē uera. sicut p illo signo pfectōnis

quo deus pcedit creaturā. deus nec aliquid
pducit nec nihil. quia tūc illud aliquid eēt
pfectum eque sicut deus. bene ergo dē p
ducit. sed nō p illo signo. quia non ita pfe
ctum sicut est ipse pater. sz. p 2°. q2 ipfecti°
¶ Recurrendū est ergo ad illud qō sepe
iam dictum est. q licet aliquid ⁊ nihil sint
ꝓtradictoria. uel ens ⁊ nihil. uel albū ⁊ nō
album. ⁊ ideo absolute dicendo de quoli/
bet ente est uez dicere q ens ul' nihil. ul' al
bum. uel nō album. tamē cuz determinatē
aliqua nō est uez. q2 multa sunt que non
sūt ꝓdditatiue ens nec nihil quidditatiue.
nec album ꝓdditatiue. nec nō albū. similr
licet pater generet necessario aliqd uel ni/
hil. tamē addita determinatōe signi nō est
uez. immo utrūqz ē falsum ¶ Sed dices
pater in quocūqz signo est pater in illo ge
nerat. sz in primo signo originis ē pz. quia
a se. g in pmo signo generat ¶ Sed tunc
arguitur sicut prius. pater in primo signo
generat. aut aliqd. aut nihil. ¶ Dico q in/
ter generare ⁊ generari necessario est ordo
originis. ⁊ ideo dato q pz generet i primo
signo. nō sequit q filius in illo signo gene
retur. q2 generari non pōt demōstrari nisi
p illo signo p quo ē. est aūt pro posteriori
signo. ⁊ qñ dicis si pz generat. aut aliquid
aut nihil ¶ Dico q si accipiatur generare
p illo signo p quo pcedit generari. sic dico
q nec aliquid. nec nihil. quia p illo signo
nō est aptum esse generare. nec est formalis
uel effectus. Exemplū p isto signo. Dicor
intelligere lapidem. ⁊ p illo lapide p quo
habeo intellectionem lapidis. ⁊ p illo sig°
intelligitur lapis p quo est intellectō lapi
dis. sed intellectus lapidis uel nigredinis
nō est prior in pfectione sua ipa nigredine
uel lapide. quia accidens spūale. illud autē
corporale. g nigredo intelligitur in eodez
signo pfectōnis cū intellectōne nō secūtur.
sic in ꝓposito licet pz in pmo signo genet
tn sibi nihil correspondet p primo signo.
¶ Ad 4m dico. q quādocūqz sūt extrema
ꝓtradictionis p alio ⁊ alio signo. illa talia
extrema nō sūt ꝓtradictoria. Exemplum
Esse ⁊ nō esse sūt extrema ꝓtradictōis. sed
tamē non esse in primo signo. hoc est a se. ⁊
esse in 2° signo. hoc ē ab alio. nō sūt ꝓdicto
ria ¶ Si dicas saltem pro eodem instanti
eternitatis. ⁊ in eodem erunt ꝓtradictoria.
¶ Dico q si poneretur q esse. a se. ⁊ nō eē
ab alio. uel nō esse in primo signo. ⁊ eē in
2° signo eēnt ꝓtradictoria. totus mundus
nō euaderet quin in instanti eternitatis ⁊
p ꝓñs etiam p tota eternitate essent ꝓtradi
ctoria. sed suppositum est trufaticū ⁊ dictū
nō intelligentie. nec est credendū q aliquis
hoc dicere uoluerit ¶ Dico ergo q esse p
primo signo. ⁊ nō esse p 2° signo. uel econ
uerso nō sūt plus ꝓtradicta q̄ homo ⁊ albe
do. uel q̄ esse nūc ⁊ nō fuisse ab eterno. q̄a
ammota unica modica ꝓditione ptinente
ad rōnez ꝓtradictōis destruitur ꝓtradictio
Ita est. hic q nō accipitur affirmatio ⁊ ne/
gatio 6m idem. ideo non sunt ꝓtradictoria
Exemplū homo nō ē quidditatiue albus.
⁊ est p accidens albus. esse album ⁊ nō esse
album sūt ꝓtradictoria. ergo simul ꝓtradi
ctoria. Dico q nō sunt ꝓtradictoria posita
ista additione quidditatiue ⁊ p accidens.
Eodem mō non esse a se ⁊ esse ab alio non
sūt ꝓtradictoria. quia nō 6m idem ¶ Sed
quomō fit transitus de nō esse a se ad esse
ab alio. ¶ Dico q nullus transitus est q2
illa signa sūt pmanētia. inter aūt talia nō
est trāsitus. sed pcise inter successiua cuius
modi sūt instantia temporis ¶ Sz hic ad
huc occurrūt alique diffi ¶ Prima est q̄a
illud quod est sūme necesse esse. habet esse
p quocūqz signo originis ⁊ nature. Illud
aūt qō p omni signo habet esse est magis
necesse esse q̄ illud qō p aliquo signo hēt
esse. sed filius est necesse eē sicut pz. alioq̄n
nō eēt summe necesse esse. ¶ 2m diffi. est q
quicquid est in diuinis est purus actus ⁊
p ꝓñs nihil est qō sit ibi quasi in potentia
⁊ aliqud expecter qō nō habet. si aūt filio
nō hēt esse p illo signo. certū est aūt q pōt
esse. ergo filius eēt in potentia ad eē. sz qō
est in potentia ad eē ⁊ nō habet illud expe/
ctat. ergo filius. ꝛc ¶ 3m diffi. quia semper
uideretur q esset ibi mutatio. quia aliter
se haberet in 2° q̄ in primo. In 2° aūt sig°
habet eē ⁊ nō in primo ¶ Et preterea tota
eternitas correspōdet utriqz signo origi

esse in primo signo ⁊ nō esse in 2° signo

⁊ utrũq; signũ toti eternitati coexistit. cuꝰ
ergo filius nõ habeat eẽ ꝑ primo signo ꝑ
tota eternitate nõ habebit esse. ⁊ cum hẽat
esse ꝑ signo 2°. ꝑ tota eternitate habet eẽ. ⁊
sic habebit eẽ ⁊ nõ eẽ ꝑ tota eternitate. ¶ 4°
diffi. quia relatiua ita uidentur se coexigẽ
q̃ ꝑ quocũq; signo est unum ⁊ reliquum
quia dato opposito. sequit q̃ pro illo signo
relatio erit sine termino. qõ est impossibile
⁊ sic pater nõ erit prior filio. ¶ Ad ꝑmaꝫ
arguo sicut tu. sũme necesse eẽ ꝑ quocũq;
signo habet eẽ. sed deus est summe necesse
esse. g̃ ꝑ quocũq; habet. Tunc ultra. deus
origine ꝓcedit creaturam. quia deus ẽ a se
⁊ creatura i 2° signo. quia ẽ ab alio. si ergo
deus est in quolibet signo. deus erit in 2°
signo originis correspondente creature. ⁊
sic deus erit ab alio. quia illud signũ nihil
aliud est nisi esse ab alio ⁊ nõ eẽ a se. Sil'r
deus est prior creatura pfectione. ⁊ creatu
ra posterior. creatura aũt esse posteriorem
q̃ deus pfectõne. nihil aliud est q̃ creaturã
deficere a pfectõe dei. Tunc ultra. deus hẽt
esse ꝑ quocũq; signo pfectõis. ergo ꝑ sig°
pfectõis creature. g̃ deus deficit a summa
pfectõe dei. quia hoc nihil est nisi in 2° sig°
pfectõis correspõdente creature. ¶ Dico g̃
q̃ ad sũmam necessitatem eẽndi requirit q̃
illud qõ est sũme necesse eẽ semp habeat eẽ
simpl'r. sed nõ requirit q̃ habeat semp esse
cuꝰ quacũq; determinatõe. sic dico de filio
q̃ semp habet eẽ. sed nõ semp habet eẽ a se.
¶ Ad 2m dico eodem mõ. nam actus pur°
semp habet eẽ simpl'r. nõ tñ cum quacũq;
determinatõe. filius g̃ semp hẽt eẽ. ⁊ semp
est filius. non tñ ꝑ primo signo originis
quia tũc filius eẽt pẑ. ⁊ nõ filio. ¶ Ad 3m
dico q̃ nũq̃ est transitus nisi inter nunc ⁊
signa successiua. inter aũt ꝑmanentia nõ ẽ
transitus. signa aũt originis sũt ꝑmanen
tia. ideo nullus trãsitus est inter illa. ¶ Et
si dicas q̃ filius se habet nũc aliter q̃ prio
ergo mutatur ¶ Dico q̃ si illud nũc esset
duratiõis. tunc eẽt mutatio. sed nõ est nunc
durationis nec successiuũ sed ꝑmanẽs. nec
ꝓtradictoriũ priori. Et ꝑ hoc patꝫ ad illud
de ꝓtradictoriis. nõ enim ẽ ꝓtradictio q̃ ego
sum albus ab alio ꝑ toto tempe. ⁊ nõ sum
alb° q̃dditatiue. Simil'r nõ sũt ꝓtradictõ
ria esse ⁊ nõ esse nisi ꝑ eodẽ signo accepta.
esse enim a se ⁊ nõ eẽ a se bene sũt ꝓtradictõ
ria. sed esse a se ⁊ nõ eẽ ab alio. uel eẽ ab alio
⁊ nõ esse a se. hec extrema nõ sũt ꝓtradictõ
ria. ⁊ talia semp ꝓueniũt pẑi ⁊ filio. ¶ Ad
4m dico de relatis. Dico q̃ relatiua ita sil'
sunt q̃ unũ nec esse nec itelligi põt sine alio
ita q̃ quãdocũq; unum est aliud est. ⁊ intel
ligendum est de signis successiuis. quia ꝑ
eodem nunc successiuo sunt uel habent eẽ
necessario. sed de ꝑmanentibus nõ ẽ necesl
sarium. immo impossibile ẽ in multis sic
patet in r'lonibus suppositionis. in talib°
enim semp dignitate unũ ꝓcedit aliud. uel
forte pfectõne. unde q̃tum ad hoc nõ plus
relatiua requirũtur q̃tũ ad coexistentiam
q̃ q̃ unum sit simul tempe aut natura cuꝰ
alio. sed q̃tũ ad multa alia signa. s. pfectõ
nis uel originis nõ oꝫ. nec oppositum eis
repugnat. ¶ Sed adhuc circa hoc remanẽt
duo dubia ¶ Primũ est de intellectione
intuitiua pẑis. Utrũ. s. pater in illo priori
filium intelligat intuitiue. Et uidet q̃ sic.
⁊ si sic. tũc filius est. si nõ. deficit tunc in p
fectione. ¶ 2m est si pater fruit in primo
signo. si sic. ergo filius est. si nõ. ergo nũq̃
fruetur. quia q̃ pẑ nõ habet in primo sig°
nõ põt amplius habere. eo q̃ quicquid hẽt
ꝑse habet a se. ¶ Ad pri^m dico q̃ ad cog
nitionem ⁊ uisionem intuitiuam requirit
coexistentia obiecti simpl'r. sed tñ nõ requ
ritur q̃ sint siml' oi similitate uel quocũq;
signo ꝑmanẽti si unũ habeat esse ⁊ aliud.
¶ Exemplũ. intuitiue uidemus colorem.
Licet g̃ ad uisionem intuitiuã coloris req̃
ratur existentia coloris. nõ tñ oꝫ q̃ ꝑ quo
cũq; signo sint simul color ⁊ uisio. Uisio
eni est prior pfectõe colore. sic oẽ accidens
spũale est nobilius ⁊ pfectius accidẽte cor
porali. nõ oꝫ ergo colorem in illo signo ui
sionis existere. immo nature sue omnio re
pugnat. Eodeꝫ mõ in ꝓposito. quia oꝫ qũ
pater intelligit filium intuitiue q̃ filio sit
sed tñ nõ oꝫ q̃ si pater itelligat filiũ intui
tiue ꝑ primo signo originis hoc est a se q̃
filius sit ꝑ illo signo hoc est a se. ¶ Ad 2m
dico eodem mõ q̃ obiectũ fruitõis semp ẽ

quãdo fruitio est. sed tñ nõ est cuz omi de
terminatõe ꝓposita. nõ eni si fruitio ē a se
oz q̃ obiectũ sit a se. sic declaratũ ē ¶ Ter
tia ꝑticula principalis ē. Utꝯ pater spiret
spũmsanctũ prius origine q̃ filius ¶ Di
co q̃ sic. quia quicquid habet pz̃ hēt a se. sz
habet spiratõem, g̃ a se. ⁊ prius a se spirat
⁊ sic semp filius ab alio ¶ Sed ꝗ hoc in/
statur 4° ¶ Primo sic, nam illa que sunt
unum in aliquo 6m q̃ sunt unũ, in illo nõ
possunt habere ordinem. naz ordo distin/
ctionem ꝑsupponit, sed pater ⁊ filius sunt
onio idem. ⁊ unum in ui spiratiua ⁊ in spi
ratõe. ergo i ea nõ possũt aliquem ordiem
habere ¶ 2° sic. si pater spirat spũmsãctũ
in illo ꝓori quo ꝑcedit filium. g̃ spũsãct⁹
spiratur i illo priori. ⁊ p ꝯñs prius ꝓducit
sed quicquid ꝓducitur i illo priori in quo
pater ꝑcedit filium prius ꝓducit q̃ filiꝰ. g̃
spũsãctus prius ꝓducitur q̃ filius ¶ 3°
sic. suppositum qõ accipit eē total'r ab aliq°
supposito stante illo esse. impossibile est q̃
accipiat esse ab alio. sed spũsãctus total'r
accipit eē a patre. ⁊ durat illud esse q2 semp
habet illud. ergo impossibile est q̃ habeat
eē a filio postq̃ ꝓducitur ¶ 4° sic. impos/
sibile est q̃ aliquid ꝓducatur ab aliq° quo
nõ existente nihil minus ꝓduceret. sed si fi
lius p impossibile nõ eēt in diuinis. adhuc
spũsãctus eēt ⁊ ꝓducẽtur. quia prius ē q̃
filius ꝓducit. ergo ꝛc ¶ Ad primũ conce
do ꝓpositum 6m q̃ sunt idem nullũ habēt
ordinem. unde in uolũtate absolute accep/
ta. uel spiratõne nõ habent aliquē ordiem
Sed accipiendo uolũtatem ul' spiratiõem
sub alio ⁊ alio mõ nõ oio sub talib⁹ mõis
ꝓuenunt. uel sunt idem in uolũtate ⁊ spira
tione sed differũt. ⁊ p ꝯñs 6m hoc ordinem
habent. huiusmõi ē uolũtas uel spiratio a
se. ⁊ uolũtas uel spiratio ab alio: que non
sunt oino idem. ⁊ ideo q2 pz̃ habet illã a se
⁊ filius ab alio. in istis ut sic possunt habē
ordinem. q2 in istis nõ sũt idem ut sic sed
distincta ¶ Ad 2m dico q̃ oz prim signuz
orginis in quo pz̃ est. diuidere i duo signa
⁊ simil'r signũ i quo filiꝰ ē diuidi. diuidũt
eni p esse ⁊ opari. pz̃ dupl'r ꝓpatur ad filiũ
idest 6m esse ⁊ operari que necessario sunt
ordinata 6m priꝰ ⁊ posteriꝰ. Ista aũt signa
diuidentia signũ originis. accipiũtur a du
plici fecũditate que est in pzē. s. a fecũditate
intellectiua ⁊ uolitiua que necessario hēnt
ordinẽ. In priꝰ aũt signo. s. fecũditatis in/
tellectiue sunt duo signa origis ꝑtinentia
ad esse. s. gñare p qõ pz̃ est. ⁊ gñari p quod
filius ē. ⁊ tunc seq̃tur signũ fecũditatis uo
litiue. ⁊ in illo sunt duo signa origis. prim
ꝑtinens ad opari. 2m ad esse. s. spirare q̃ nõ
ꝑtinet ad eē suppositoꝯ spiratum. sed
ad opari ⁊ spirari p quod spũsanctus est.
¶ Dico g̃ q̃ pz̃ est prior filio ꝑse existẽs
in signo fecunditatis intellectiue. ubi sunt
duo signa ꝑtinẽtia ad eē. sed nõ priꝰ spirat
q̃ filius sit. q2 in signo fecunditatis intel/
lectiue filius est p 2° signo origis. ⁊ tñ nõ
est adhuc opari pzis qõ est in 2° signo fecũ
ditatis uolitiue. ⁊ tunc sequitur illud sigm
⁊ in illo signo pz̃ opatur aut spirat prius
origine. nõ anteq̃ filius sit. q2 ꝑintelligit
esse in prori signo fecũditatis intellectiue
sed spirat prius q̃ filius spiret. q2 in illo
signo fecũditatis uolitiue est ordo origis
in opando. Exemplũ. si sol ꝓduceret lunã
tunc duo signa eēnt. unum in quo luna eē
simpl'r haberet a sole. ⁊ aliud in quo sol ⁊
luna haberent opari. s. illuminare. licet g̃
qõlibet istoꝯ eēt diuisuz. q2 qõlibet istoꝯ
diuiditur p signa originis. sol tñ nõ priꝰ
pōt illumiare q̃ luna sit. licet prius origie
sit q̃ luna. ⁊ prius ordine nature eēnt sol ⁊
luna q̃ oparentur ⁊ illumiraret. postea in
signo illumiatõis uel opationis sol prius
illumiaret q̃ luna. quia sol illumiat a se. lu
na aũt hoc habet a sole. ¶ Ad 3m dico q̃ p
positio accepta est uera in illis in quibus
ꝓductio transit ⁊ nõ remanet cuz reducta
⁊ cum principio reductiuo. Exemplũ. quia
gñatio hõis trãsit ⁊ nõ existit ipsi hõi. hinc
est q̃ postq̃ hõ accepit esse p gñationem im
possibile est stante illo eē q̃ accipiat esse ab
alio. sed si ꝓductio actiua alicui⁹ eēt coeua
principio ꝓductiuo. ⁊ ꝓductio passiua eēt
coeua termio ꝓducto. nõ eēt incõueniens q̃
stante esse eimm ꝓducti ab alio accepto q̃
acciperet eē idez ab alio si uis ꝓductiua. a
qua priꝰ accepit eē ab alio posset ꝓicari. b.

Solũtas sm̃ absolute
ab a° et a° mo°

Ad singlos eorũ p ꝑsone
persona q̃ est caꝯ p origie

¶ Exemplū si gnatio hōis staret cuz hoīe generante ⁊ genito. ⁊ uis pductiua gnationis esset ꝓcabilis. si ꝓcaretur .x. hōibus oēs eandem gnatōem fundarent. qz in eis oibus esset fundamētum gnatōis. ⁊ p ꝗns homo genitus ab oibus gnaretur. non obstante q̃ pri° accepissz eē ab uno. ¶ Aliud exemplū. posito q̃ unica uisio causetur in oculo meo a sole qua solem uideā tota die hac uisio nūc a sole causat in meridie. nūc in occidente. nunc ab oriente q̃ pri° fuissz total'r causata a sole ī oriente. ¶ Nunc ad ꝓpositum. si sol eadem uisio cāret in occidēte ⁊ oriēte. ⁊ ut sic essēt tria supposita. s. pri^m in oriente. z^m in meridie. 3^m ī occidente. uisio nō obstante q̃ accepisset esse a pri° supposito. s. a sole. in oriente adhuc accipet esse a 2° supposito. s. a sole in meridie. ⁊ tota rō est quia eadem pductio tam actiua q̃ passiua. stat actiua quidem cū principio actio passiua autē cum principio passiuo. ul' termino pducto. qz uis pductiua que fuit in supposito primo. s. in sole in oriēte. ꝓcatur supposito 2°. s. soli in meridie. ¶ Eodē mō dico de spiratōe spūssancti. q̃ pductiōe passiua spiritussāctus pduck in esse. ⁊ p ꝗns est sibi coeua. spiratio autē actiua qz ē idez real'r cuz principio spiratiuo. est sibi coeua. dato q̃ spiritussāctus esse prius origīe accipiat a pzē q̃ a filio. ñ repugnat sibi q̃ accipiat esse a filio. eo q̃ uis spiratia ꝓcatur filio in priori anteq̃ spiritussāct^s pducat scz in pri° signo fecunditatis intellectiue. Exemplum apcius ⁊ uez. Nam aīa beati francisci est nūc beata. ponam^s q̃ act^s beatificus eē habeat ab aīa. postea ī resurrectione habebit eē a supposito a quo prius nō habebat. ⁊ hoc totū ē. qz principiū pductiuum incepit esse in aliquo supposito in q° prius nō erat. ¶ Ad 4^m dico q̃ ista ꝓpositio habet ꝓxitatez de principiis pductiuis solum. Impossibile eni est q̃ aliquid accipiat esse ab aliquo pductio. quo nō exīte nihil min^s accipiat esse. sz ꝓpositio ē falsa de principiis pducētibus. pōt eni aliq̃d pduci ab aliquo. quo nō exīte nihil minus accipet esse. qz solū sufficit sibi principium pductiuū. ⁊ hoc in se uel in alio supposito

eē

supōnis
supōnis

taliter q̃ possit esse principiū qō. sicut patz in solutōe pcedēti ⁊ in tribus aliis exēplis maxime in ultimo. Naz actus beatificus post resurrectionē hābit esse ab aliquo supposito quo non existente actus beatificus nihil min^s hābit eē. quia pri^s supposito bti petri ante resurrectōem nō exīte. act^s beatificus nō minus hābat esse. ¶ Aliud exemplum. Si aliqs hēns duos ocl'os aptos uideat colorē. subito altero clauso manet adhuc uidens ⁊ eadem uisione. non tñ illa uisio hēt esse ab oculo clauso a quo prius habebat esse. sed remanet eadez qz hēt esse ab alio principio pductio. s. a potentia uisiua que total'r est in oculo apto. ¶ Eodez mō dico in ꝓposito. nam spūssāctus habet esse a pzē ⁊ filio. quo non existente. s. filio nihil min^s hāet eē. hoc posito. ⁊ hoc uez est quia tota ꝓxitas eēt in pzē que nūc ꝓcata est filio. ¶ Quātum ad 4^m principale inquirendum est. Utz pz prius origīe pducat filium q̃ spūssanctū. ¶ Dicit un^s doctor q̃ sic. quia gnare necessario pcedit spirare ⁊ nō nisi origine. ¶ Sed contra arguo 4^r. ¶ Primo sic. Opposita signa originis nō sunt ꝓpossibilia in eadem psona. quia que sūt in eadē psona sūt una res. nlla aūt res se ipsā gignit. gnatio actia ⁊ spiratio actia sunt simul in pzē. ergo una nō est pri^s origine q̃ alia. quia tūc prius ⁊ posterius origine in eadez psona eēnt simul ⁊ a se ⁊ ab alio. qō est impossibile. ¶ 2° sic. quia sicut primū signū origis formal'r est in pzē. ita 2^m est formal'r in filio. sz pz nō spirat nisi p illud qō formal'r est in eo. g̃ cū 2^m signū nō sit formal'r in pzē. pz nō possit spirare. ¶ 3° sic. quia pater a se ita spirat sic gnat sed esse a se ⁊ oparī a se est eē ⁊ oparī ī pri° signo originis. g̃ sicut pater ē ⁊ generat in primo signo origis. ita in eodez signo spirat. ¶ 4° sic. impossibile ē signa distingui realiter q̃n signoz extrema real'r distinguantur. sed primū signum originis real'r distinguitur a 2°. ergo ⁊ extrema signoz. Hoc aūt est impossibile. s. q̃ in eadem psona sint real'r distincta. ¶ Dico q̃ iste emanationes in pzē sūt inelicite. ideo inter eas nō est ordo originis. ¶ Sed tunc est diffi.

illo

q̃ sub ae^lo

14/3 Tnaē

Quomõ tunc pater prius generabit q̃ spiret ¶ Dico q̃ ꝑ fẽm Io. oz dicẽ q̃ pri⁹ natura generat q̃ spiret. quia in signo fecunditatis intellectiue generat. In signo autem fecũditatis uolitiue spirat. signum aũt fecũditatis intellectiue p̃cedit natura ⁊ nõ origine signũ fecũditatis uolitiue. ⁊ p ꝯns generare qõ est p pri⁹ signo p̃cedat spirare qõ ē in 2⁹ signo. ⁊ sic patz q̃ i eodez signo originis sunt duo signa nature. de hoc alias. ¶ Ad argumentũ patet ¶ Sed rema. diffi. Utrum sit dare signũ i quo pz prius origine spiret q̃ filius. Et dicit un⁹ subtilis doct. q̃ pater licet sit prior origine filio ꝑ Aug⁹ ꝯ Julianũ. tñ nulla opatio ꝯpetit patri in illo signo nec in aliquo sig⁹ uel priori originis. quia nõ est dare signũ in quo. sed tantũ a quo. ¶ Cõtra istud arguitur sic. ⁊ ostendo q̃ talis opatio debet attribui patri in illo priori in quo p̃cedit filium. quia qualẽcũqz ordinem habet aliqua in eẽndo talem habent in opando. sed pater ⁊ filius p te habent ordinẽ in eẽndo ergo ⁊ in opando. ¶ Sed dices ista rõ nõ ꝯcludit. quia forma sbalis ē prior i eẽndo forma accidentali. ⁊ tñ posterius opatur. alteratio enĩ p̃cedit generatõem ¶ Propter istam instantiam formo sic rõem. Quãdo cũqz suppositum ꝯstituitur in esse p agere quocũqz est prius ꝑ esse est etiam prius ꝑ agere. sed pater ꝯstituitur in esse p generare. ergo quocũqz pz est prior ꝑ eẽ eodez prior erit ꝑ gñare. p te autem est prior filio ꝑ esse. ergo ⁊ ꝑ agere ⁊ ꝑ generare ¶ 2ª sic. ideo pater est prior filio qz filiꝰ est ab eo sed spiratio est in filio a pẽte sicut ⁊ alia que habet ab eo ergo ⁊ i ista actõne erit prior. ⁊ sic pz pri⁹ origie spirat q̃ filiꝰ. ¶ Ideo dicitur q̃ ꝯcedendũ est q̃ sicut pater prius est q̃ filius ⁊ prius spirat q̃ filius. sed istud non est tale prius q̃ posset dici in quo. sed solũ est prius a quo. unde i nullo priori pz spirat. ¶ Contra. quia aut intelligis q̃ signũ origis nihil habebit fundamentũ in quo sit. ⁊ hoc ē falsũ. qz i quocũqz est formal'r origo ⁊ signũ origis. pbo quia signũ origis non est aliquid nisi hoc ab hoc. ⁊ hoc ē origo. g cũ i pẽte sit formal'r origo ꝑ fidem. necessario erit ibi signum originis ¶ Uel intelligis nõ q̃ signũ sit in aliquo. sed q̃ in signo non sit aliqd formaliter. ¶ Contra ois distinctio ē formaliter in suis distinctiuis principiis. sed pnci pia distinctiua psonaꝝ sun origines. ergo distinctio illa erit formal'r in originibus ⁊ sic cũ signa nõ sint aliud ab originibus aliqd erit in signis ¶ Uel 3⁹ pōt intelligi q̃ nihil ꝯuenit supposito i illo signo. ¶ Cõtra in quocũqz formal'r est fũdamẽtũ i ea ē formal'r quicqd est formal'r i fũdamẽto. qõ enĩz est in ꝯtento ē in ꝯtinente. sed ostensum est q̃ signũ ē in supposito ⁊ in signo ē aliquid p illo signo uel in signo ¶ Uel 4⁹ intelligis q̃ ita est ab hoc q̃ nihil aliud sibi ꝯuenit. qz tota q̃dditas eius est ab hoc uel a quo. qz relatio ponit totã suã q̃ddita tem ad aliud. Istud ꝯceditur q̃ q̃dditatiue nõ est aliquid. sed q̃ñ ex ꝯnti aliquid sibi ꝯueniat hoc nõ repugnat. qz ubi sunt aliq̃ eẽntial'r ordinata. pri⁹ nõ repugnat poste riori. sed prius ē origo in aliquo q̃ sit ad aliud. qõ pbo. qz prius pz ꝯstituitur p originem q̃ sit ad filium. g prius ꝯuenit origini esse in quo q̃ ad aliud. nõ enĩ pater ē prius ad filiũ q̃ sit origo. aut non ꝯstituit pẽtem nisi p hoc qõ est in pẽte. ¶ Cõfirmat quia ois effectꝰ formalis psupponit existẽtiam forme in eo q̃ habet talem effectũ. sz esse ad aliud est effectꝰ formalis quez dat origo suo fundamẽto. g relatio prius ē in fundamẽto q̃ dat eẽ ad aliud ¶ Ad argumentũ illud pater. Ideo dico q̃ nõ solũ eẽntia uez etiã ois opatio que inest pzi. inest sibi in illo signo priori originis. aut p illo aut cum illo. aut ꝑ illud. pater enim ⁊ oia que sunt in pẽte ut distinguũtur ꝯ filiũ nõ mensurantur aliquo signo. ¶ Sed hic est una difficul. qualiter in primo signo originis sunt oia que sũt in pẽte cũ ipm sig⁹ origis in eis sit formal'r ⁊ nõ econuerso. Relatio enĩ est in memoria fecũda. ⁊ nõ econuerso. ¶ Dico q̃ sicut tempus est formal'r in rebus tempalibus tanq̃ eoꝝ ppria q̃ntas. ⁊ ipse dicũtur in tempe. sicut in eoꝝ ppria mensura. ita est hic. q̃ oia sunt in pri⁹ signo sicut in mensura. licet ipsũ sit in eis

non in quo
p aquo

B. D. L. O. L. D. Z.

tanq̃ in fundamento ¶ Sed quomodo ipm primũ signũ est in prio signo. ¶ Dico q̃ oia alia a pmo signo. sunt in pmo signo denomiatiue. sed ipm si licet loqui est in se q̃ditatiue. ¶ Ad argumentum patet.

¶ Distinctio tredecima.

Ordo nature. ¶ Circa distinctionem xiii.m queritur. Utrũ sit ordo nature. q̃ nõ. Hila. 7° de trim. In diuinis nõ est nisi una natura in generante ⁊ genito. sed non pot esse ordo nature sine distinctõe nature. ¶ Sed Z. Dioni. ponit plura naturalia ergo ordinata ¶ Dic sunt duo facienda. ¶ Prim̃ e declarare q̃d sit ordo nature. /2° si sit i diuis. ¶ Quãtũ ad pmũ ptermissis multis descriptõibus que non uident utiles. Dico 6m fratres Jo. q̃ ordo nature est ille qui ꝓsequitur extrema ex rõibus suis formalibus. Et hoc declaro 4r. 6m 4r ordines qui inuenũtur. quibus non ꝓpetit ista diffinitio. ¶ Prim° est ordo durationis ⁊ /2° est ordo originis. /3° e ordo pfectõis ⁊ eminentie. /4° est ordo situatõis uel loci Nullus istoꝝ sequit extrema ex suis rõnibus formalibus. ¶ Probo primo de ordine duratõis. Naꝝ in his que se habẽt 6m ordinem duratõis nõ repugnat priori esse posterius rõne illius ordinis. sed si repugnat. hoc est rõne alteri° ãdũcti. Et tota rõ est quia nõ e ordo eẽntialis. ideo p accidẽs ordinat. ¶ Nec etiã 2°. s. ordo origis. naꝝ iste ordo qui inuenitur i his que sũt eusdẽ rõnis formalis. nõ pot esse talis q̃ ꝓsequat rõnes formales. Ordo enim qui ꝓsequitur rõnes formales semp est inter illa que sũt formal'r distincta. Hu° rõ pot esse ista. q̃ ordo ꝓñs rões formales sic ⁊ ois ordo. includit relatiões diuersaꝝ rõnum. Sꝝ relationes diuersaꝝ rõnũ nõ possunt ee inter ea que sunt eiusdẽ rõnis ut eiusdẽ rõnis ergo ꝛc. q̃ autem ordo originis possit esse inter ea que sũt eiusdẽ rõnis uidelicꝛ inter hoiem ⁊ hoiem pꝝ. ¶ Nec etiaꝝ 3° s. ordo eminentie uel pfectõis. nam infra eandem natura inuenitur talis ordo. s. in calore habente gdus diuersos maiores ⁊ minores Simil'r etiã pꝝ. q̃ nõ sequit rõnes formales in his que sũt spẽ diuersa. non enim una rõ formalis melior est altera uel pfectior nisi ꝓpter q̃titatem Ꝗtutis que e modus intrinsecus rõis formalis. unde abstracta rõe formali a mõ intrinseco. s. a finito uel infinito. ipsa cuicũq̃ ꝓpata nec est pfectior nec impfectior. ⁊ ex hoc patꝝ q̃ ei nõ ꝓpetit diffinitio data ordini nature. ¶ Nec etiaꝝ 4°. s. ordo situatiõis. nõ enim repugnat soli q̃ sit inferior luna q̃tumcũq̃ sit superior de facto. ¶ Et huius rõ est. q̃ ordinẽ illũ nõ hẽnt a se sed magis p accidens. patet q̃ q̃ in solo ordine nature e hoc qõ. s. ꝓsequit rõnes formales suoꝝ extremoꝝ. /ideo pot uocari p prie ordo diffinitõis. unde q̃cũq̃ cognoscẽt diffinitiones taliter ordinatoꝝ posset p tales diffinitões illũ ordinẽ nature demõstrare. q̃ tñ rõnes formales multoꝝ scire nõ possum°. hinc est q̃ p regulam datam a fre Jo. eum in mltis inuestigam° que e talis. q̃ quãdocũq̃ aliqua sic se hẽnt q̃ unũ nõ pot esse sine altero. ⁊ nõ ecõuerso talia hẽnt ordinẽ nature. ita q̃ separabile est prius. ⁊ reliquũ nõ. s. posterius ¶ Sed ꝗ istam rõem instatur 4° ¶ Primo q̃ ordie nature genus pcedit spẽm. nõ tñ pot gen° esse sine spẽ. simil'r pcedit dẽam. tñ impossibile e q̃ genus nõ inueniat sine dẽa ¶ 2°. ordine nature. natura specificata est prior heceitate uel ꝓprietate idiuiduali. ⁊ tñ nõ pot separi a ꝓprietatibus induiduali bus ¶ 3° sbm ordine nature e ꝓius ipsa passiõe ⁊ tñ sbm nõ pot ab ipsa passione separi. q̃ tunc ꝓclusio demonstrationis eet ꝓtingens ¶ 4°. sic. quia creatura e prior natura ipsa relatõe sui ad deum. ⁊ tñ creatura non pot ab ea separi. ¶ Ad ista dico q̃ illa regula tenet. ¶ Ad primũ dico q̃ natura a quacũq̃ dẽa indiuiduali ⁊ genus a quacũq̃ dẽa possunt separi. nam aial separatur a rõnali q̃ e cuꝝ irrõnali. sic natura separatur ab illa heceitate quia e sub alia. non tñ oꝝ q̃ sepet. ab oi. Et per idem ad 2m ¶ Ad 3m dico de sbo ⁊ passione q̃ nõ repugnat sbo ex rõne formali esse sine passione. sed solũ accidit

hoc ꝓpter idemtitatem realem ¶ Ad 4m patet ꝑ idem. Ideo eni creature repugnat separari a relatõe. q2 est sibi realr idem. non tñ hoc ex rõne formali ꝗdditatiua. ¶ Cõfirmo ergo regl'am datam. s. de diffinitõe ordinis nature. q2 si repugnaret prioritei sine posteriori tunc nõ eet prius. q2 in illo ꝓori nõ ē suꝑ posteri°. ꝗ sibi non repugnat ¶ Sed hic sũt duo dubia ¶ Pri° ē de ordine gñatõis. Priora eni gñatione ꝓsueuerunt dici posteriora pfectiõe. ¶ 2m ē de ordine executõnis que sũt priora. ¶ Dico q ꝓora gñatõe sic accipiendo gñatõem sũt ꝑm naturã. nõ eni repugnat ꝓori ordine gñationis eē sine posteriori. ⁊ sic ꝑ ꝓñs diffinitionē bẽns ordinatoꝝ. ꝑm naturã. Sed de ordine executõis põt dici. q ꝓora intentõe sunt ꝓora ꝑm naturã. q2 sanitas que ē ꝓor intentiõe. ⁊ posterior executiõe. põt esse sine aliis ad que ut sic ꝓpatur ¶ Nunc 2° principalr est videndũ de quesito. Utruꝫ in diuinis sit buꝰ ordo. s. nature. Et pri° videdum est si est ¶ 2° inter que est talis ordo. ¶ Quantum ad primũ dicunt aliqui q ordo nature non est in diuinis. quia in sic ordiatis ꝓori nõ repugnat esse sine posteriori. In diuinis aut oia sũt necessaria ⁊ inseparabilia. ⁊ ꝑ ꝓñs unũ nõ est prius natura reliquo. Et ꝓpterea talis ordo semp videt includere dependentiã ¶ Sed ꝗ istud instat 4° ¶ Primo sic ex ꝓpatõe relatõis ad fũdamentũ. ⁊ hoc sic. fundamẽtũ est prius ordine nature sua relatõe. sed in diuis sũt relatões ⁊ fundamẽtũ ex natura rei. ꝗ prius natura. ¶ 2° sic. Omne sbm est pri° natura passione. ꝗ ibi est aliꝗd prius natura ⁊ posteri°. ¶ 3° ex ꝓpatõe relatõis ad ĩminũ sic. diffinitio est naturalr prior diffinito. ⁊ ꝑ ꝓñs oē diffiniens pri° natura ē diffinito quia uel diffinitio est ꝗdditatiua. ⁊ tũc dat ꝑ genus ⁊ dẽas de ꝗbus ꝓstat q sunt ꝓora diffinito. ul' datur ꝑ additamẽtũ qõ ē pri° etiã natura diffinito. sed lreatões diffiniũt ꝑ ĩminũ. In diuis aut est relatio bẽns terminũ. ꝗ est ibi ordo nature q ibi ē termin° prior natura relatõe ¶ Quarto sic. ex ma demõstratõis. In oi demonstratõe ꝑmisse sunt natura prius ꝓclusione. sed in diuis sũt uere demõstrationes potissime ⁊ ꝓpter quid. ꝗ ibi est aliquid qõ est prius natura ⁊ ꝑ ꝓñs aliquid posterius. sed ubi prius ⁊ posterius natura. ibi est ordo nature. ꝗ ꝛc ¶ Ideo mihi uidet dicendũ q in diuinis sit ordo nature. Et mihi uidet q sit de intentione fratris Io. uerꝫ tñ discordia est inter eius sequaces. ¶ Aliqui eni dicẽ uident q in diuis nõ sit ordo nature ad itra. ¶ Alii aut dicũt q sic. Si aut uidemus dicta sua uidet q expsse affirmatiuã ptem sonet. nã dicit in primo suo q in uno signo nature ꝓpendũtur signa orginis. sicut i fecũditate intellect° ⁊ i suo signo nature cõplectũt signũ gñatõis actiue. ⁊ signũ gñationis passiue. ⁊ in signo fecũditatis uolitiue cõpendũtur duo signa originis. s. spiratio actiua ⁊ passiua. quicũqꝫ aut ponit signus nature prius. ⁊ signũ nature posteri°. necessario ponit ordinẽ nature. ¶ Simlr in 2°. suo questiõe ꝑma. ponit unũ signũ nature in quo deus intelligit oia adintra. uel que sũt intra. s. eẽntiã ⁊ essentialia ⁊ ꝑsonalia. ⁊ aliud signũ in quo intelligit oia que sũt extra. s. in creaturis. ⁊ talia patẽt ex dictis suis q põit ordinẽ nature ad intra. ¶ Intelligendũ tñ est sane. q̃a ordo nature põt intelligi dupl'r. aut ꝑ ordine nature qui ē inter naturã ⁊ naturã. ⁊ talis nullo mõ ponendus est in diuis eo q nõ sit ibi nisi unica natura. Alio mõ põt intelligi ꝑ ordine qui est inter naturales pfectiões. ⁊ talis ordo nature est ibi sicut ponit ibi ordo eẽntialis nõ inter eẽntiã ⁊ inter eẽntiã. q2 unica est. sed inter essentiales pfectiões. ⁊ talem ordinem sicut apparet mihi bẽnt ponere oẽs qui ponũt diuinas pfectiões que sũt naturales pfectiões distingui in deo. oia enim distincta uel necessario aliquem ordinem habent. uel sunt ꝓfusa. qõ est incõuenients in deo. Nõ põt aut poni inter pfectiões tales ordo originis. q2 inter quecũqꝫ ē ordo originis unũ est a se. ⁊ a quo. aliud ē ad aliud ⁊ ab alio. ⁊ sic originalr unũ ē ab alio ⁊ ꝑ ꝓñs distinctõ realis. debet ꝗ poni ordo nature ¶ Intelligendum tñ est q dupl'r põt intelligi ordo nature. Uno mõ ꝑm naturalem intelligentiam. qñ. s. unũ est natũ

Opiõ ꝓpria

de 12

di ꝑ q ꝑ ãte ⁊ expresse, ait, quod ordo natũ est primus simpliciter in diuinis.

ꝓcipi prius. ⁊ reliquū posteri⁹. Aut potest intelligi ꝑ⁷ existentiaꝫ rei. ſ. ex natura. qñ in re ipsa absolute ponitur talis ordo sine habitudine ad intellectū. ⁊ si iste 2⁹ modus nō ꝓcedit. saltem ꝑmus non debet negari. ¶ Probo aūt ꝙ in diuis est ordo nature qualitercūqꝫ acceptus. Et primo sic. quandocūqꝫ aliqui ordines adinuicem ꝓpantur ille qui inter sua extrema ponit distinctōem minorem. est magis ad diuina admittendus. ⁊ qui maiorem minus. sed ordo originis semper arguit distinctionem realem inter extrema. pꝫ primo de tri. Nihil se gignit. Ordo aūt nature nō arguit semper distinctionem realem. utpatet in passione ⁊ sbo. ⁊ multis aliis. ergo ꝛc. ¶ 2° sic ꝑ⁷ Dionisi⁷ de unica ⁊ discreta theologia ꝑ⁷ translatōem Io. sarraceni. dicit ꝙ post illa que ꝑtinent ad unicam theologiā. ſ. eēntialia sunt illa que ꝑtinent ad discretā scꝫ ꝓsonalia ¶ 3° sic qꝫ in eodē capl'o ꝑ⁷ editione ꝑ⁷ uiri excellentis. dicit ꝙ i diuis ad unuocationes natural'r ꝓueniunt distinctōes ⁊ per eas nō dissoluūtur. ¶ 4° quia quādocūqꝫ aliquis ordo ꝓsequit aliqua ꝑ⁷ suas rōnes formales. ubicūqꝫ illa inuenant ꝑ⁷ illas rōnes erit talis ordo. sed multa sunt i creaturis que ꝓsequit ordo ex suis rōibus formalibus. ⁊ talia sunt ꝑ⁷ easdem rōnes formales i deo. g̃ necessario inter illa ut i deo sunt. erit ⁊ talis ordo. Minor pꝫ de intelligere ⁊ uelle ⁊ itellectu ⁊ uolūtate ⁊ m'ltis talibus. ordo g̃ nature necessario erit i ꝯo ¶ Sed ꝗ hoc arguit 4°. ¶ Primo sic per unuꝫ sophisma. oē relatū est siml' natura cū relatio uel correlatiuo suo. sed eē prius natura refert ad posterius natura. g̃ pri⁹ natura erit siml' natura cū posteriori natura ¶ 2° sic. quādocūqꝫ est ordo ꝑfectionum in aliquo ꝑfectibili. si pri⁹ aduēit una ꝑfectio ipsi ꝑfectibili ꝙ reliqua. iꝑm est in potentia ad reliq̃. sed oē tale est imꝑfectuꝫ ergo diuina essentia erit imꝑfecta ¶ 3° sic. Impossibile est ponē priuatiōem alicui⁹ ꝑfectionis in aliquo cū potentia ad illam ꝑfectionē sine imꝑfectione. sed si eēntia pri⁹ recipiat unā ꝑfectionem ꝙ aliā. erit ꝑuata ⁊ in potentia. ergo ⁊ imꝑfecta ¶ 4° sic. oē qō transit de ꝗdictorio in ꝗdictoriū mutat sed si hoc ponat erit transitus talis in eēntia diuina ¶ Ulterius duo signa nature correspondent uni signo eternitatis. sed in signis nature sunt ꝗdictoria. g̃ in eternitate g̃ ꝛc ¶ Ad pri⁷ dico ꝙ relatū aliquando supponit ꝑ fundamēto. aliqñ ꝑ fundamēto cū relatōe. Quādo g̃ dicim⁹ pri⁹ natura ꝓcedit nō intelligim⁹ de relatōe addita. sed de absolato qō est fundamētum. qñ aūt dicim⁹ ꝙ relatiua sūt siml' natura. tūc relatū supponit ꝑ relatōe ꝑcise. Exemplū Absolutū intellectōis ꝓcedit absolutū uolitionis. sed tū intellectio cū relatōe ꝓoritatis est siml' cum relatōe posterioritatis uolitionis. ¶ Ad 2⁷ dico ꝙ illud est in potentia qō nō est actuatum ultimata actualitate. Essentia aūt diuia est ultimate actuata ⁊ sic nō pōt esse in potentia nisi forte logicali. quia sibi talis ꝑfectio non repugnat ¶ Ad 3⁷ dico ꝙ cōcesso ꝙ ꝑ aliquo signo essentia diuina haberet carentiā alicuius ꝑfectionis. hoc est si nō haberet tū nō sequit ꝙ hēt priuatōes. Et rō est ꝙ priuatio dicit carentiam in apto nato ꝑ tempe ꝑ quo est aptū natum esse. Sic aūt nō est hic. qꝫ eēntia nō est apta nata hēre. nec nūc nec unq̃ pro illo signo ꝑ quo nō habet. nō ē ergo dare aliqō signū in quo essentia careat aliqua ꝑfectōe ꝑ aliquo signo. uel in quo eēntia sit apta nata hēre illam ꝑfectionē. ⁊ illa ꝑfectō sit apta nata haberi ¶ Ad 4⁷ dico ꝙ passio negatiua 'prius' inest q̃ affirmatiua. Et rō sepe est dicta. quia indēa ad ꝗdictoria ē prior essential'r indēa ad ꝓtraria. hēt ergo essentia intellectū ⁊ uoluntatē. sed non hēt uoluntatē in tali signo utpote q̃ddictatiue ꝙ habeat eam denoiatiue. Sed tū sic habē affirmatōem ⁊ negatōem nō arguit transitum uel mutationem. qꝫ ubi transitus est uel mutatio. unuꝫ extremoꝝ mutationis accedit ⁊ aliud recedit. sicut nūc mensurās transit. nō sic est hic. Cōtraria eni illa semp stant. semp eni cuꝫ ista. homo nō est risibil' q̃ddictatiue stat' ista. hō est risibilis denoiatiue. Eodem mō in ꝓposito. ⁊ sic non est mutatio ¶ Sed ad illud qñ dicitur ꝙ sūt ꝗdictoria. Dico ꝙ illud est falsum. nō eniꝫ

Conclo doctoris g̃. quā arguit

r vide scotū in 4. d. 13. q. 1. §. ad arg. 1a ad 4m

sunt illa ꝯdictoria solum ꝓpter diuersita-
tem signoꝝ. Et ideo dico q̃ sic materia ex
se ñ formata. ⁊ ab alio formata nõ includit
ꝯdictionem. Sic dico in ꝓposito. nõ esse hic
in primo signo nature uel q̃dditatiue. ⁊ eẽ
hic simplr nõ sunt ꝯdictoria. ¶ Sz ꝓpter
illud dictum de ꝯdictoriis. restant duo du-
bia. ¶ Primũ est. quia extrema ꝯdictionis
uidẽtur poni in reꝝ natura. Et ꝓbo q̃ hic
oporteat ponẽ. quãdocũq̃z sunt aliq̃ duo
que ex suis rõnibus formalibus ꝯdicunt
⁊ repugnant ubicũq̃z ponãtur ⁊ ad quecũ-
q̃z extrema applicent semp remanẽt ꝯdicto-
ria ⁊ repugnantia. sed album ⁊ nõ album
ex suis rõnibus formalibus ꝓtradicunt ⁊
sunt in reꝝ natura. ergo ꝛc. ¶ 2° ꝓbo hoc
idem. Non magis bẽnt oppõem ꝓtraria q̃
ꝯdictoria. sz ꝓtrarietas remanet quãtũcũq̃z
applicent diuersis. Albũ enim ⁊ nigrũ quan-
tucũq̃z applicent diuersis semp remanẽt cõ-
traria. ergo albuz ⁊ nõ album ad q̃tucũq̃z
applicent semp ꝓtradicunt. ¶ Ex hoc ꝓbo
q̃ ꝓtradictoria sunt uera simul. Et hoc sic.
Quãdocũq̃z sunt aliq̃ extrema ex quibus
ꝓsurgit respectus intrinsecus aduciens po-
sitis extremis ponit habitudo. sed oppõ est
respectus intrinsecus aduueniens sic distin-
ctio uel diuersitas. ergo aliis positis qui-
bus applicãtur extrema necessario habitus
ꝓsequit ꝓtradictorie oppõis. tunc euidenter
sequit q̃ ꝓtradictoria erũt simul ꝟa. nam p
posito affirmatiua fũdatur in uno extre-
mo. s. in esse albũ. ⁊ ita est ista ꝟa. Albũ est
sicut si nõ esset q̃ nõ eẽt album posito uno
albo. negatiua aũt fũdat sup reliquo extre-
mo. s. in nõ albo. ⁊ posito uno nõ albo ista
est ꝟa. non albũ est. sicut si nihil eẽt albuz
ergo ille due que ꝟe sunt ꝓtradictoria que
simul sũt ꝟe. albũ est. nõ albũ est. q̃ ꝓtradi-
ctoria in reꝝ natura. ¶ Ad ista. Ad primũ
ꝓcedo q̃ extrema ꝓtradictiõis sunt in rerũ
natura. nec aliquis ꝓt hoc negare sicut ⁊
ꝓtradictoria sũt in reꝝ natura. sed ꝓtradi-
ctoria nõ sunt simul in reꝝ natura respectu
eiusdem sbiecti. sicut nec sunt ꝓtradictoria
in eodem sbo. ¶ Ad 2m ꝓcedo q̃ tam ꝓtra-
ria q̃ ꝓtradictoria sunt in reꝝ natura. Et
tunc ad istam de ꝓtradictoe q̃ ꝓtradictoria
erant simul uera. ¶ Rñ° ⁊ dico q̃ aliquę p
positões sunt que sunt de ꝓtradictoriis ex-
tremis ⁊ tñ nõ sũt ꝓtrarie. q̃z nõ sũt de cõ-
trario mõ. ⁊ de talibus nec magnũ nec mo-
dicum est inconueniens q̃ sint simul ꝟe. Ita
dico de ꝓpositõibus que sunt de extremis
ꝓtradictoriis que tñ mõ ꝓtradictorio non
sunt. ⁊ tales ꝓpões nõ sũt ꝓtradictorie. licz
sunt de extremis ꝯdictoriis ꝓpter defectus
modi. Modus autẽ tam ꝓtrariaꝝ ꝓpõuz
q̃ ꝓtradictoriaꝝ est. q̃ sint respectu eiusdẽ
sbiecti uel de eodem sbo. Nunc aũt est sic i
ꝓposito. ⁊ ideo ꝓpositões formate de illis
extremis que ꝟe sunt ꝓtradictoria q̃z defi-
cit idemtitas sbiecti non sunt ꝓtradictoria
Omnes enim ꝓtradictiões que ꝓponũtur in
diffinitõe ꝓtradictõis requirũtur ad hoc q̃
ꝓpositões sint ꝟe ꝓtradictoria. sed q̃tum
ad extrema affirmatio ⁊ negatio ⁊ nõ plus
omnes ꝓsone ꝓtinẽt ad modũ. ¶ 2° uiden-
dum est que sunt in diuinis que habẽt or-
dinem nature. ⁊ hic sunt 4ꝫ uidẽda. ¶ Primũ
est de ordine inter absoluta. ¶ 2m de ordie
inter ꝓprietates relatiuas. ¶ 3m de ordie in-
ter ꝓsonas. ¶ 4m inter respectũ generatos
¶ Quãtum ad primũ dico q̃ q̃tuz ad ab-
soluta sũt necessario ponẽda quattuor sig-
na. ¶ In pri° sũt ꝓfectões q̃dditatiue. ¶ In
2° sunt modi intrinseci. ¶ In 3° ꝓfectiones
attributales adintra. ¶ 4° ꝓfectiones attri-
butales ad extra. ¶ De prima ẽ intelligen-
dum q̃ q̃ddituas ꝓfectões uoco que ul' di-
recte sunt de pri° mõ sicut deitas. uel redu-
cibiles ad primũ sicut ꝓpũs sba ⁊ ens. que
reducũtur ad primũ modũ sicut ꝓdicatio
generis de dẽa. ⁊ ista diuina sũt priora. q̃z
sicut primꝰ modus oẽs precedit. ita illa de
primo mõ uident esse ꝓora omnibus aliis
que sunt de 2° uel quocũq̃z ducant. ¶ De
2° signo sunt modi intrinseci qui exprimũ-
tur ꝑ infinitatem necessitatem existentiam
realitatez ⁊ huiusmõi. q̃ aũt sint priora at-
tributis ꝓz. quia licet non sint oio idem cũ
rõne formali deitatis. nõ tñ distinguũtur
formalr a rõne deitatis. ⁊ ideo prius adue-
niunt diuine essentie q̃ intelligant aduenie-
re attributa que distinguũt formaliter a
diuina eẽntia ⁊ q̃ddituatiue. ¶ De 3° signo

sunt attributa aduntra que accipiūtur p cō
parationem ad diuinā essentiam cuiusmodi
sunt intellectus ⁊ uoluntas. sapientia ⁊ ca
ritas ¶ In 4° autē signo sunt attributa
que accipiūtur in ordine ad extra. sic iusti
tia misericordia ⁊ talia. que nō sunt respe/
ctu dei sed respectu alioꝝ. ꝙ aūt p̄edāt ista
patet. Quādocūq; eni alique potentie re/
spiciunt aliqua obiecta ordinata 6m prius
⁊ posterius. eo ordine respiciūt illa obiecta
quo illa inter se sunt ordinata. pfectiones
aliaꝝ potentiaꝝ que sunt respectu obiecti
primi. sunt priores pfectōes illis pfectōni
bus aliaꝝ potentiaꝝ que sūt obiecti secū/
darii. sed sapia ⁊ caritas sunt pfectiōes in
tellect⁹ ⁊ uolūtatis. inq̄tum respiciunt ob
iectum pri⁹. s. rōes deitatis. scientia ⁊ iusti
tia ⁊ misericordia inq̄tum respiciūt creatu
ras. ergo prima sūt pora ex natura rei se/
cundis ¶ Sed ꝗ ista arguo 4°. ¶ Primo
sic. impossibile est relatōnem in esse. uel pōt
dici de aliquo nisi prius in exñte fūdamē/
to. sed fundamentū equalitatis ⁊ inequali
tatis est q̄titas ꝗtutis. In pri° autē signo
nō intelligitur diuina exña. alias essentia
scz illa q̄titas ꝗtutis, ergo nec iequalitas
nec equalitas. ⁊ p ꝗñs erit dare aliqd sig⁹
in quo diuina eēntia nō erit pfectior crea/
tura. quia p illo signo supius dicto nō hēt
q̄titatez ꝗtutis ¶ z° sic. qualem ordinez
hēnt aliqua in eēndo talem hēnt in pducē
do. sz in essendo essentia ⁊ q̄dditas p̄cedūt
q̄dditatiue infinitatē. g ⁊ in pducēdo pri⁹
ꝗcat q̄dditas. ⁊ sic p aliq° sig° pz nō genuit
filū sibi equalē. qz p aliquo pori pri° fuit
filio ꝗcata eēntia q̄ infinitas. ⁊ p illo pri
ori nō erat equalis pzi. qz prius ꝗcat q̄ddi
tas q̄ attributū uel pfectio 2a. ⁊ tunc i illo
signo nō fuit filius equalis ¶ 3° eodē mō
arguendo. sequit ꝙ non genuit sibi filium
ad aliam ⁊ sic ess3 localiter mutat⁹. ¶ q̄ au/
tez posset eē in alio loco sicut in isto. pbat
quia qn̄ mundū creauit potuit sibi det̄mi/
nare pten quā uoluit. q̄a nō sibi magis re
pugnat una q̄ alia. ḡ eodē mō pōt nunc in
oīe illud qō sibi nō repugnat. ¶ p̄. si eēt
det̄minat⁹ ad aliquē locu3 q̄ nō poss3 i alio
pñtialiter esse. uidet inclusus ⁊ iporrare im/
pfectionē/cū tñ hoc ex libertate ⁊ dignitate
angelica ab angelis negēt. ab angelo. n. ne
getur ex sui dignitate q̄ tñ magis det̄mina
tus est ad locū q̄ deus. Sed nec ista ratio con
uincit. diceret. n. q̄ de⁹ nusq̄ esset pprie. sed
transferibil'r eēt ubi ess3. ita q̄ nō mutaret
ppter hoc. dato etiā q̄ ess3 pprie adhuc nō
sequit q̄ deus mutaretur. nam respect⁹ lo/
cati ad locū est ubi. ⁊ illū nō hēt ds. s3 locus
hēt respectū ad locatū pñtialit. diceretur ḡ
deus de loco ad locū transferri p nouū re/
spectū pñtialiter/in hoc loco ad ōm q̄ prius
nō erat. ⁊ ab illo denoiaretur ds ēe i aliquo
in quo pri⁹ nō erat. sicut dictu3 ē supius de
creatōe noua que ē in creatura. ⁊ sñ aliquo
nouo in deo. Dicitur tñ q̄ si ponatur deus
simpl'r sic absolut⁹ ut nusq̄ dicatur esse in
loco. ista rō nō ꝓuincit quia ibi ñ est localis
mutacio ubi ē oioda a loco abstractio/s3 si
ponat in celo deus det̄miate. sicut simplices
imaginātur. tunc apparenter ꝓcedit rō. non
tñ ꝓuincit quia si deus de non creatore fit
creator. de nō dño fit domin⁹ p solū nouu3
respectū creature ad ipm. ita posset fieri de
nō pñte alicui pñs p solū respectū pñsentia/
litatis creature ad deū quē creature ipmet
sic mouēs inprimit ipsum ubi mobili/sed
nūq̄t p istū modū poss3 p diuinā potentiaz
unū corpus transferri de uno loco ad locū
p solam mutationē loci. Dicit q̄ sic/si deus
posset facē unam relationez sñ opposita rela
tione. ⁊ tūc nō erit corp⁹ motū nec mutatū
¶ Quarta ratio est coexistētia. ubi dicit un⁹
doc. q̄ oīs creatura hēt necessariā pñtialita
tem ad ōm sicut coexistētiā durationis. ⁊ iō
cū deus sit alicubi ē p respectū pñtialitatis
creature ad ipsu3. ⁊ cū oīs creatura sit ei ne
cessario pñs erit ubiq3 necessario. Ds q̄z ne
cessitas istius respect⁹ nō est nō. iō ꝓfirmat
quadrupl'r ¶ Primo sic. si causaret stellas
celo distincto. posset eam mouere circula
riter. s3 non nisi acquireret aliquē respe/
ctum. sed non nisi respectu3 pñtialitatis ad
ipsum. ergo ꝛc ¶ 2ª. q̄z si ds totū uniuer
sum destrueret. exceptis polis eos posset cō
iungere. ⁊ sic ꝓpendicularit̄ mouere. s3 non
nisi p respectu3 ad primū. ergo ꝛc ¶ 3º. q̄z
ds oia simul pōt mouere. ⁊ non nisi p respe
ctum aliquē. non ad seinuicē. ergo ad ōm.
¶ 4ª q̄z oia que mouent. respectum hñt ad
aliquod immobile. sed illud non pōt eē ni/
si ds. ergo ꝛc. ¶ Dico q̄ declarata loci im/
mobilitate. que est difficilio3 pass⁹ de to/
ta phia ꝓpositum apparet. Sed h⁹ dicetur i
2º. Dico ergo q̄ ds est ubiq3. ¶ Ad argu
mentū patet p iam dicta.

deprecato

pñsentialitatis

celo. deq ds eē. in toto mūdo p eēz
in mūdo p mīgrandiaz
in pmisto p pmeaz

Q°. 2m.

QUARTUO ds sit in omni tem
pore/q̄ non. q̄z ds est eternus si/
ne tempe sm Augus. ¶ Contra
ds est pñs omni tempori.

pñsentarme

¶ Primo uidendum est q̄d sit eē i tempe. Et
ad hoc introducunt. 4. ꝓclōnes ¶ 1ª ē q̄ ñ ē
respect⁹ rōnis. q̄z ds realiter ē in tempe.
¶ 2ª. q̄ non dicit priuationē. q̄z tunc nihil es
set in tempe. uel ipsa entia in potentia eēnt
eodem⁹ in tempore ¶ 3ª. q̄ non dicit abso/
lutum sicut prius ¶ 4ª ꝓclusio est. q̄ non
est iste respect⁹ sicut pri⁹ in deo. ¶ Ideo di
co. q̄ non ē in omni tempore p pñtialitatē
cuiuslibet rei tempalis ad ipz. Et sic patet.

Distinctio. 38ª. ⁊ 39ª.

Q°. p̄.

QUARTA distinctione tricesi
mā octauaz ⁊ tricesimā nonā
Quero utr ds hēat certam
notitiam de futuris ꝓtingē
tib⁹/q̄ non. q̄z ds pnuntia/
uit p ysayam morte ezechie que non euenit.
ysa. 38º. ⁊ tñ loquebatur ex pte dei. ¶ Con
tra. Daniel. 13º. De⁹ eterne q̄ absconditor
es cognitor. qui nosti oia anteqū fiant.
¶ Hic sciendū q̄ Augus. li⁹ de ci. duas opin/

Dñ. q̃ sit ſſ9 q̃ p̃ oīa ſ et q̃ ſſ9 dīa. dī. p̃.
Dñ q̃ ea q̃ ñ est adeq̃ta q̃tingēcie et nūtah. dī. 2m

ones recitat ꝓias. ¶ Una fuit dicentium. q̃ omnia euenunt de necessitate ad saluā/ dum presciam dei in sua infallibilitate.

¶ Alii dixerunt. q̃ de nullam hz noticiam de futuris ꝓtingentibus ad saluandū rerum ꝓtingentiam. ¶ Istis tñ erroribus exclus ipse determiat q̃ stant simul. s. q̃ deus omnia ꝓtingentia certitudinaliter nouit. et tñ hoc non euenire de necessitate. ¶ Ad declarationez aūt huius. quattuor sūt per ordinē inquirenda ⁊ declaranda. ¶ Primuz. si in rebus est ꝓtingentia. ¶ 2m. unde procedit hec ꝓtingentia. ¶ 3m. utrum de cognoscat hec ꝓtingentia. ¶ 4m. qualiter a deo cognoscā tur. ¶ Quantū ad primū fuerunt aliq̃ antiqui q̃ dixerūt. q̃ nulla ꝓtingentia ē in rebus. sed omia eueniunt de necessitate. q̃a omne quod est pñs fuit futuz. ⁊ ideo q̃d ē futuz erit pñs. sic omne preteritum fuit p̄ sens. et omne presens erit preteritum.

¶ Sed Istos arguitur. 4r. Primo. quia tol/ lunt omnē prudentiā. q̃ prudentia est ꝓsi/ liari. ⁊ tñ de necessariis nullus ꝓsiliatur nisi frustra. quia nec prouidere nec remedia/ re pōt circa illa. ¶ 2o q̃ tollit omnē iusticiā. cuius est remunerare merētes. ⁊ punire malos. q̃ ō illis que necessario fiunt nullo meretur nec demeret. ¶ 3o. quia destruitur sci/ entia demonstratiua ⁊ certa. Per se enim notum est. q̃ illud quod pōt ab alio separi nō inest ei necessario. q̃ necessariū est q̃d non potest aliter se hze. et p se notuz ē ab aliquo sbiecto albedinē separi. uel calorem ab aq̃ cum sit intuitiue cognitum. ¶ Ex q̃bus sequitur necessario ista ꝓclusio. q̃ aqua non est necessario calida. ¶ 4o. quia tollit certā experientiā. certitudinalit enim experimur q̃ possumus facere aliquid q̃d non facimus. ⁊ aliqua dimittere que facimus. cum mēbra sbiciuntur dispotice. ⁊. seruiliter ꝓperio uo/ luntatis. et ipsa possit uelle aliqua que nō uult. ⁊ nō uelle aliqua que uult. Alioqn q̃s frustra rogaret moneretur uel ei ꝓminaretur. Ideo dico. q̃ necessario ꝓtingētia ē po/ nenda in rebus. q̃ multa sunt possibilia a/ liter se habere. ¶ Hz ꝓtra istam uerīatē insiatur quadruplr. Primo. q̃ in presentib non pōt esse ꝓtingentia. q̃ in eis est necessitas. Omne enim q̃d est. q̃ñ est necesse est eē. ¶ 2o. quia in preteritis non uidetur posse poni ꝓtingentia. q̃ impossibile est aliter se hze. ¶ 3o. q̃ in futuris ñ pōt esse ꝓtingētia non enim existunt. Ō tingentia aūt est ꝓdi/ tio existentis. ¶ Quarto. q̃ pñs ꝓponitur ex preterito ⁊ futuro. q̃ pñs est cuius pars preteriit. pars quoq̃ futura est. sz neutruz istoz pōt esse ꝓtingens. ergo nec presens.

¶ Ad primū dico. q̃ illud quod est q̃ñ est necesse est eē. Hoc uez est in sensu ꝓpōnis. sed in sensu diuisionis. quod est q̃ñ est. ꝓtingens est eē. q̃ nunq̃ ꝓtingit nisi dum est. sicut sortes sedens necessario sedet. in sensu ꝓpōnis. et ꝓtingenter in sensu diuisionis. Ex. m q̃d est album. q̃ñ est albū necessario ē album. Ym est in sensu ꝓpōnis. q̃ hoc totū quod dico album. non pōt esse nisi album. Sed in sensu diuisionis pōt esse. q̃ illō q̃d est album pōt esse. q̃ uis non sit album.

¶ Ad 2m. sic se hz pñs ad eē sic preteritum ad fuisse. ⁊ ideo sicut presens est ꝓtingens ita preteritum fuit contingens. licet modo nō sit contingens. quia non existit. ¶ Ad 3m dico. q̃ futurum non ē ꝓtingens. sicut nec preteritū. sed erit ꝓtingens. sicut preteritum ꝓtingens fuit. ¶ Ad 4m. in tempe p̄ senti nulla est ꝓtingētia actu. nisi sic est in preterito et futuro. q̃ nulla pars tēpis existit. sz tñ ipsum instās est sic ꝓtingens.

¶ Sed hic sunt difficultates. Prima. quare illud quod est dum ē. necesse esse in sensu ꝓpositiōis. ⁊ non in sensu diuisionis. ¶ Dico q̃ aliter ꝓpatur accñs ad sbm cui accidit ⁊ aliter ad totum ꝓpositiuz ex sbiecto ⁊ ipo accidente. sic aliter ꝓpatur forma ad mām cui accidit. ⁊ alr ad totū ꝓpositū cui est p se p̄o. Et iō q̃ in sensu ꝓpōis accipitur in sbo esse cum exñtia simul. ideo necessario ōz de exñtia. ⁊ quasi in priō mō. In sensu aūt diuisionis nō intelligitur i sbo nisi eēntia cui accidit exñtia. ¶ Scōa diffi. si preteritum ⁊ futuz pñt esse ꝓtingentia. ¶ Dico q̃ existentia est adequata ꝓtingētie et necessitati. ita q̃ omne q̃d est. uel est ꝓtingens uel necessarium. Qñ illa que non existunt. neutz istorum hñt. nec ꝓtingētiam. s. nec necessitatez. Sunt enim immediata circa existentiaz sic

finitum ⁊ infinitū circa ꝓtitates. Pro ꝓto ergo preteritus fuit ꝓtingens. pro tanto dicitur ꝓtingens. pro ꝓto aūt nunc non est. ꝓtingens non ē. Similr dico de futuro pro ꝓto enis erit ⁊ qñ erit, ꝓtingens. dicet ꝓtingens. pro nūc aūt non dicit. ¶ 3ª diffi. de instantaneis ⁊ raptis transeūtibus. quo in eis potest eē ꝓtingentia. cum in eis sit simul fieri ⁊ factū esse. non uidetur in potestate facientis. dū est instās. q2 raptum trāsit Et sic non ē ꝓtingens. nec etiaz res ex qua facta ē eius factio non est in potestate facientis. nec per ꝓñs ꝓtingens. ¶ Dico ꝙ factum eē est duplex. uel ꝙ trāsit in preteritus. ⁊ utsic non ōz esse ꝓtingens. q2 iam non est i potestate facientis. Aliud factus eē est. ꝙ licet ueniat. manet per tempꝰ. ⁊ ideo qñ est bene pōt intelligi ꝓtingens. Et eodemꝰ illō qō est solum p instans. q2 pro eodem nunc pro quo fit, potest nō fieri. ⁊ p ꝓñs non eē. sic pro quocūqz tempore moueo ꝓtingēter possum non mouere. ¶ Ad cuiꝰ intellectū est sciendō. ꝙ in instāti temporis sūt duo signature. in quoz primo intelligitur agens indeterminatū ad alteraz ptem ꝓdictionis. potens trāsire in quālibet. In 2ᵒ aūt intelligit determinatus. Licet ergo ipm agens ut itelligitur in 2ᵒ signo nature. non possit nō agere. q2 tunc ageret ⁊ non ageret. ut trāsire in primo signo. bene itelligit posse nō agere. qa pro illo signo indeterminatus intelligitur. ⁊ p ꝓñs adhuc non est agens. ¶ 4ª diffi. quare ponunt aliqua futura ꝓtingētia. ⁊ aliqa necessaria. Omnia enis futura p theologos sbsistunt uoluntati diuie. que est principius mere ꝓtingens. ⁊ sic ꝓtingens est solem oriri cras. ¶ Dico ꝙ sicut quedam sūt impossibilia simplr. q2 i nullo pōt fieri. ut ꝙ creatura simplr sit infinita. Alia p̄m qd. q2 nō pōt fieri a potētia limitata. ut ꝙ accidētia sepentur ⁊ sbsistant. Ita aliqua dicūtur necessaria simplr. q2 eoz oppositum includit ꝓdictionem. sicut ōm eē. Alia aūt sunt necessaria p̄m qd. q2 ls respectu alicuiꝰ agētis opposita possit fieri. trāsire non respectu alicuiꝰ alteriꝰ. ⁊ ideo respectu eiꝰ sunt ꝓtigentia. ⁊ sic dico in ꝓposito de ꝓtigenti. Nullus eni futuz simplr est necessariū. immo oē est simpliciter ꝓtingens. Sz trāsire respectu alicuius agentis pōt aliquod dici necessariū. sicut solem oriri cras. Hec sunt dicta theologice. Phi enis alr dixerūt q2 posuerūt intelligētias naturaliter mouere ⁊ necessario. ⁊ ideo necessariꝰ erat motꝰ celestis. ⁊ per ꝓñs solez oriri cras. ¶ Sz ēos hētur demōstratio. quia qñ aliqd pro aliquo instanti pōt esse sb opposito. trāsire repugnat sibi eē pro toto tpe eēno sb illo. q2 ex quo illud ⁊ oppositū. sūt simul in eodem instāti. sequitur ꝙ non sunt incōpossibilia ex suis rōnibꝰ formalibus. Sz pro aliquo instāti uidetur celum nō moueri. ⁊ intelligentia non mouere. ergo non moueri celum ⁊ nō mouere intelligentias sunt ꝓpossibilia. ¶ 2ª pars istiꝰ qonis est uidere unde puenit ꝓtigenꝰ i rebꝰ. Sic aūt introducūtur. 4. ꝓclones. ¶ Prima ꝙ pma radix ꝓtingentie in creaturis est a uoluntate diuina. q2 cum ipsa sit omino prima causa ⁊ pfectissima. ipsa necessario cante. nulla alia posset ꝓtingent cāre. Quod pbatur. q2 uoluntas diuina pōt causare omne effectus cuiuscūqz cause 2ᵒ. ⁊ ideo cum agēs necessarium agat incōptus pōt. omia necessario cāret. ⁊ sic omia eēnt de necessitate. sz nulla cā pōt ꝓtingent illum effectus cāre. q est de necessitate. ergo nulla cā posset ꝓtingent causare aliqd. ¶ 2ª ꝓclusio ē. ꝙ ꝓtingētia est in effectibꝰ 2ᵒ a uolūtate creata. Nam oia creanda sunt deo equalit ꝓtingētia. ⁊ trāsire talia distinguunt in ꝓtingentia ⁊ necessaria. nō nisi in bitudine ad uoluntate creatam. ¶ Itē qñ aliquod mouēs non mouet nisi ut motū. si necessario moueatur. necessario mouz sed nulla cā 2ª agit nisi ut a prima mota. g ꝛc. ¶ 3ª ꝓclo. ꝙ ex ꝓcursu duplicis uolūtatis puenit duplex cōtingentia in rebus. q2 duplex principū cōtingēs. ex cōcursu autez cuiusdaz alteriꝰ nō. q2 oia alia necario ⁊ nāliē agunt. uolūtas aūt solum cōtingent. ¶ 4ª cōclusio. ꝙ ex cōcursu alteriꝰ soliꝰ uoluntatis cum aliis causis naturalibꝰ. proueniat cōtingentia in rebus. quia qñcunqz ad aliquē effectum cōcurrit aliqua causa cōtingens. quocūqz alio mō cōcurrēte ꝓtuncūqz necessario. ille effectꝰ est cōtingens. Causa ē qa effectꝰ sp sequitur ptem debiliorē. cōtingēs

1129 ac 4

autem principū est huiusmodi. ¶ Prete/
rea. necessariū nunq̃ dependet a ꝓtingente
ergo ꝛc ¶ Sz ꝗ has ꝓclusiōes instatur 4ᵗ.
¶ Primo. q̃ phi posuerūt ꝓtingentiaz in
rebus. ⁊ tñ posuerūt ōm agere necessario.
¶ 2°. quia non uidetur aliqua maioꝛ ꝓtin
gentia in uolūtate nostra. q̃ i actiōe cuiuſ
cūz alteriꝰ agēris. q̃ sic sol ꝓcurrēte uolūta
te diuina ad cāndum radium. necessario cāt
radium. sic uoluntas nostra respectu actus
sui ꝓcurrēte uoluntate diuia. necessario cāt.
Si aūt non ꝓcurrat. non pōt causare. ¶ 3°.
q̃ non uidetur q̃ respectu cuiuscūz ꝓtingē
tis uolūtas diuina ꝓcurrat. Nam uolūtas
nostra ē ꝓtingens. non soluz respectu ꝗrio/
rum. s. uelle ⁊ nolle. sz respectu ꝗdictoriozꝫ
scilz uelle ⁊ non uelle. s. in suspensione actꝰ.
sed in tali suspensione uolūtas diuia nihil
pōt agere. q̃ actus negatiuꝰ ⁊ priuatiuꝰ est
ergo uolūtas diuina coagit solum respectu
positiuozꝫ. ¶ p. bruta uidentur etiaz non
necessario agere. q̃ uidetur q̃ possint ma/
nuduci ad diuertendō se ab actibus suis.
¶ 4°. q̃ tūc omēs effectꝰ eēnt ꝓtingentes. cū
ad omnes ꝓcurrat uoluntas diuia. Vel sic.
agens non potest agere necessario. qn effe/
ctus sit necessariꝰ. cum impossibile sit actō
nem sine termio esse. ¶ Ad pᵐ dico. q̃ phi
in hoc non dixerunt ꝓuenient ad dicta sua.
Ex quo enim posuerūt ōm agere de neces/
sitate. alie aūt cause solum agant ut mote
a deo. cum omne mouēs motum. eadō neces
sitate qua mouet. eadem mouet. q̃ oēs cau
se 2ᵉ de necessitate cānt. Si ergo omēs neces
sario cānt. omnes effectꝰ de necessitate cau/
santur. ⁊ sic omnia eueniunt mere de neces
sitate. Supposito ergo q̃ aliqua cā 2ᵃ ꝓtin/
genter agat. seqtur necessario q̃ etiā prima
Sz forte phi non posuerūt deuz ꝓcurrere
in causatione omniū effectuuz. ¶ Ad 2ᵐ di
co. q̃ assistēte uoluntate diuia in rōne cause
ul'is. sol non potest non ꝓducere radium.
immo necessario ꝓducit. sed assistēte uo
luntate diuina uoluntati nze in rōne cause
uniuersalis. sic uolūtas nostra pōt suspen/
dere actum. qō non ꝓtingit in sole. ⁊ in cau
sis naturalib̃ non uidetur reqri aliqua a/
lia cā nec motio. nisi ista assistētia. Et ideo
non uidetur ꝓuincere prima ratio facta de
radice ꝓtingentie. nisi supposita fide. Et sic
apparet qūo aliqua ꝓtingētia ē in actu uo/
luntatis nostre. que non ē in aliis effectib̃
naturalib̃. ¶ Ad 3ᵐ difficile ē ualde uide/
re. qūo uoluntas nostra in suspensiōe actꝰ
dependeat a uoluntate diuia. Si enim fiat
p actum uolendi positiuū. uel nolendi. tūc
satis patet qūo uoluntas diuia ꝓcurrat.
Sz tunc remanet difficultas. de pcessu i in
finitum in actib̃. sed de hoc alias. ¶ Ad
illud qō additur de brutis dico. q̃ talia fi/
unt per manuductiōes ⁊ tristitias que mo
uent necessario ipsa bruta. que. s. tristicie l'
delectationes inducūtur in eis ab extrinse/
co. ¶ Ad 4ᵐ ꝓcedo ꝓclusionē. q̃ omnes effe
ctus ⁊ omnia que sunt ex ōm sunt ꝓtingen
tia. lz ꝑm q̃d aliqua possunt dici necessaria
q̃ ab aliquo principio naturali ⁊ necario
ꝓducunt. sicut a sole radius ¶ Sed oriē
difficultas. si ꝓtingētia uolūtatis create re
ducatur in ꝓtingentiā uoluntatis diuie
¶ Dicitur q̃ uoluntas creata hz duplicem cō
tingentiā. Unam ad ꝗria. utpote ad nolle ⁊
uelle. qui sunt actꝰ ꝓtrarii. ⁊ in istis ꝓtingē
tia reducitur manifeste in ꝓtingētiam diui
ne uolūtatis. q̃ non pōt aliquez istoꝫ actu
um elicere. nisi ꝓcurrente uolūtate diuia ut
est cā ul'is. Aliam hz ad ꝗdictoria. que ē ad
actum eliciendū uel suspendendū. ⁊ hoc in pᵒ
mō. patet sic sup̃. Sed in suspensiōe actus
cuiz nihil dicat positiuū. ista suspensio ē dif
ficilis. nisi dicat q̃ actu positio quo uult nō
uelle. suspendit ipm uelle. ¶ Et si de illo ac
tu suspendente queratur. ducetur eodem mō
sic de primo. ⁊ erit pcessus in infinitū. sic
in reflexionib̃ intellectꝰ. ⁊ tunc uolūtas e/
rit ꝓtingens simpl'r ad ꝗdictoria. sic fuit p
missum. cum in suspendēte eliciat actuz po
sitiuum. ⁊ itez pnte obiecto non poterit ñ
elicere aliquē actum. ¶ Tertiuz principale
declarandū. Utez ōs cognoscat ipsa ꝓtingē
tia. ¶ Dic aliq̃ uolunt dicere q̃ non. q̃ tunc
uilesceret eius intellectꝰ. cum intellectꝰ pfi/
cuatur ab obiecto ¶ Sed istud non potest
stare. Primo. q̃ ōs hz prudentiā ⁊ artem.
talia aūt sunt respectu ꝓtingentium ¶ 2°
q̃ nō uidetur plus de necessariis q̃ de cō/

19 Requirere

1 Fiat

1 3ᵐ ar

tingentibus. q2 eque uoluntas ꝓtinet uirtu
aliter ꝓtingentia sicut entia necessaria, ergo
ꝛc ¶ Aliter arguitur 4r. Primo. q2 eadē
rōne non intelligeret eēntiam suam. cū ab
ipso intellectus ipse nihil recipiat. nec ab ea
immutetur ¶ 2o. q2 potentia cognitiua q̄
to nobilior tanto ꝓmunior ⁊ ulior. sz intel
lect⁹ diuin⁹ est potentia nobilissima ¶ 3o.
q2 si obiecta sensibilia utilificarēt potentiā.
multuz ignobilitaret intellectus in ꝓudē
tia ⁊ arte ⁊ scia ꝑspectiua. ¶ 4o. q2 diuina
uoluntas ꝓtinet supeminent omia ꝓtingē/
tia ⁊ uirtual'r. sicut eēntia ꝓtinet necessaria
sz tale repñtans ē sufficiēs ad ꝑfecte cogno
scendū. ¶ Ideo dico. q ōs intelligit omia
tam pñtia q̄ futura. qō pz ex scriptura di/
uina. Patet etiā ex ꝓcessis a ꝑhis. qui ꝓce/
dunt q ōs hz prouidentiā de istis inferio/
ribus ꝓtingentibus. ergo intelligit illa.
Probatur etiaz rōne. q̄cunqz enīz itellect⁹
cognoscit aliq̄ cām ut cā est. cognoscit esse/
ctuz. sed ōs cognoscit semp̄ ut cām ꝓtingē
tē. ergo necessario cognoscit ꝓtingens. Di
nor patuit supra. Nec ualet coꝛ. motiuuz.
q2 ille ꝓditiones obiecti solum attribuunt
obiecto respectu intellect⁹ creati. ut superi⁹
patuit ¶ Sz ꝓtra instatur 4r. Primo sic.
Omnis potētia naturalis ⁊ necessario agēs
necessario opatur. sed intellect⁹ diuin⁹ ē po
tentia naturalis ⁊ necessario agens. g̃ neces
sario opatur circa obiectū suum. ⁊ per ꝓns
necessario intelliget ꝓtingētia ¶ 2o. q2 ōs
nihil cognoscit nisi intuitiue. sz ꝓtingēs nō
non pōt cognosci intuitiue. q2 ab eterno nō
fuit. ergo ꝛc ¶ 3o. q2 q̄cquid dē⁹ cognoscit
euidēter cognoscit. sz ꝓtingentia nō pñt eē
euidentia. q2 sunt indifferētia ad oppositu
¶ 4o. q2 uideretur q posset eē mutatio i sci
entia diuina. q2 multa erūt que ipse pōt im
pedire. Simil'r posset eē augmētatio. q2 po
sito q ꝓducat in eē que non producet. tunc
cognosceret aliqua que non cognoscet. ⁊ sic
augmētatio in scia diuina. ¶ Ad primū di
co. q ois potentia naturalis ōtum ē ex se.
semp agit. ⁊ fertur necessario in obiectū su
um. pōt tñ ꝓtingenter ferri in obiectuz ali
quod. si ꝓcurrat uel presupponat aliqua po
tentiaz ꝓtingent opantem. ⁊ ꝓtingent cum
ea ꝓcurrente. sicut ignis cāt naturaliter. tam
approximationē requirit que pōt esse ꝓtin/
gens. Et ideo sua actio simpliciter erit ꝓtin
gens. Sic dico in ꝓposito q uolūtas prece
dit intellectū quo ad ꝓtingentia. sic postea
dicetur. ⁊ opatur ꝓtingēter. ergo ꝛc ¶ Ad
2m dicunt aliqui. q dē⁹ intuitiue cognoscit
ꝓtingentia. q2 ea cognoscit in repñtatiuo. qō
melⁿ repñtat q̄ res sint in se. Et hoc suffi/
cit. ¶ Ad 3m dico. q nō obstante q ꝓtingēs
poterit aliter se hābe. adhuc euidenter pōt co
gnosci. sicut euidenter cognosco te sedere cuz
sedes. non obstante q aliter posset eē. dato q
possis non sedere. Eodem⁹ in ꝓposito.
¶ Ad quartū dico. q scia augeri uel mi
nui. pōt intelligi dupl'r. uel in se formal'r.
Et sic dico. q scia dei non augetur nec mi/
nuitur. Uel quo ad obiecta in eē cognito.
⁊ sic non ē incōueniens. q2 ex hoc non seq̄/
tur mūtio in aliquo. q sit formal'r in deo.
Sola enīz mūtione facta in obiectis in eē
cognito. coꝛ. pñt aliqua esse scita ⁊ non sci
ta. que tñ pr⁹ opposito mō dicebant. sic. ppē
solam mutationē in re creata factam. dicēt
dē⁹ creare. que prius non dicebat. Sic dico i
ꝓposito. Opposita enīz bm q uolūtas acce/
ptat accipiūt esse cognitum. qō pr⁹ non ha
bebant. ¶ Quartū principal'r inq̄rendū
est. Quō deus futura ꝓtingēta cognoscat.
Et q̄tum ad hoc ꝓpter diuersos mōs dicen
di. dico quattuor ꝓcl'ones. Prima ē ista. q
ōs ñ cognoscit futura ꝓtingētia. p suaz eēn
tiam sic aliqui dixerūt. moti ex hō q ipsa est
primū obiectū intellect⁹ diuini. Probo sic.
Nam diuina eēntia cuiuscūz est principiuz ul
repñtatiuum. necessario ⁊ uniformit repre/
sentat. ⁊ diuin⁹ intellectus necessario itelli
git q̄tum ē ex se q̄cquid intelligit. et ideo si
diuina eēntia futuꝛ ꝓtingens repñtaret. ip
sum uniformit ⁊ necessario repñtaret. ⁊ di
uin⁹ intellect⁹ necessario intelligeret. Et sic
sequeretur. uel q eēt necessariū. sicut eēt ne
cessario notū. uel q diuin⁹ intellect⁹ decipe
retur. quoꝛ utrūqz est impossibile. Euenī/
rent enīz omia de necessitate. ¶ 2o. ꝓcl'o. q
non intelligit p ideas. sic aliqui dixerūt. q
diuinus intellect⁹ intelligit per ideas que
sunt in mente diuina. Quod ꝓbant sic. quia

ydē ꝓ plog°

scīa augeri ꝓ mutt

formalit' q ad obiā

q' ac. 1q

1 pmū

repñtat

1 ꝓta Tomaz

omnis artifex cognoscit artificiũ per exẽ/
plar eius quod hẽt apud se. sed ydee ꝑm au
gus. sunt exẽplaria rerũ. ergo ꝛc ¶ Sz istũ
non pōt stare. qz ydee sunt ex natura sua in
cōmutabilia ⁊ incōmutabiliẽ repñtantia. si
cut eẽntia. Et ideo si repñtant istud futurũ
semper ipm necessario repñtabūt. ⁊ per ꝓns
necessario erit. uel si nō. falso repñtabunt.
¶ 3° ꝛclusio. q̃ non per pñtiam ꝓpriaz. ali
qui enim imaginant q̃ omia sunt deo pñtia
tam futura q̃ preterita. ⁊ iō sic cognoscit
pñtia. sic cognoscit ꝑterita ⁊ futura ¶ Sed
istud stare non pōt. qz qō i se non ē. imo est
oino nonens. alter pñs eẽ non pōt. cum p/
sens eẽ presupponat eẽ futurũ aūt non est.
ergo ꝛc. ¶ p. dato q̃ in se sint pñtia sic illa
que nunc sunt. adhuc ōs illa per seipsa non
cognosceret. cum ōs apud se omnia cogno
scat, nisi a rebus medicande ¶ 4° ꝛclusio
q̃ non cognoscit ea ꝑ indistantiaz. sic dicūt
aliqui q̃ ōs per indistantiam ea cognoscit.
Quod ꝓbant. sz enz ea que non presentia
ōo esse non possint. positie rñ nullatenus di/
stant a deo. cum ipse sit indistans omni di/
mensiōi temporis. sic ⁊ loci. ¶ Sz istud nō
potest stare. Ratio eni negatiua non uidet
eẽ sufficiens repñtatiuz alicui positiui. sz
bñ econuerso. Et ꝑterea talem distantiã re
spectu oim hz. ⁊ ideo necessario talia cogno
sceret. ⁊ per ꝓns talia necessario eẽnt. ¶ p.
talem distantiã hz respectu omniũ futuro/
ruz ⁊ non futurorũ. possibiliuz ⁊ non possi
bilium. qz nullum ab eo positiue distat. et
rñ dicim. q̃ altẽ nouit futura q̃ non futu
ra. ergo ꝛc. ¶ Nō firmatur. qz omis rō ne/
gatiua reducitur ad affirmatiuã. nec etiam
aliqua negatiua pōt eẽ simpl'r prima. ¶ Di
co ergo ꝛclusionẽ affirmatiuã. s. q̃ ōs cogno
scit omnia futura ꝓtingẽtia ⁊ etiam pñtia
per uoluntatẽ suam. siue per determinationẽ
ꝓprie uoluntatis. qz per proprias cãm cog
noscitur effect. sz uolũtas diuina est ꝓpria
causa ꝓtingẽtis. ergo ꝛc ¶ 2°. qz uariabi/
le non pōt cognosci nisi per uariabile. uel
formal'r uel uirtual'r. sola uolũtas in ōo ē
uariabilis saltẽ uirtualiẽ. ergo ꝛc ¶ Sed
ꝓra istam instatur 4°. Primo. qz diuina uo
luntas ita uidetur ex se inuariabilis sic es/
sentia ⁊ intellect. ergo uidetur q̃ q̃cquid re
pñtat uniformiẽ ⁊ necessario repñtabit sic
eẽntia ¶ 2°. quia eodem uelle diuinũ est p
fectio absoluta ⁊ incōmutabilis ⁊ necessa/
ria. sicut eẽntia. ergo ꝛc ¶ 3°. qz non uidet
q̃ possit fugere ad determinationẽ actuam.
qz ista ōtermiatio non ē in deo formaliter.
qz nihil ē formaliẽ in deo quod sit ꝓtingẽs.
Ista aūt determiatio ē ꝓtingẽs. sz ōs nihil
cognoscit nisi per illud qō est i se formal'r
ergo non per determinationẽ ¶ 4°. qz nō
pōt etiam dici de determiatione passiua. qz
certum ē. q̃ illa est in obiecto ex. sz per nihil
quod fit formaliẽ ex. deus aliq̃d cognoscit
ergo ꝛc. ¶ Ad primũ dico. q̃ accipien
uoluntatẽ pro potẽtia uolitiua. uidetur mi
hi q̃ argumentũ ꝛcludat. qz q̃tum est ex se
necessario repñtat. ¶ Similiẽ ad 2m accipi
endo actum uoluntatis diuine ꝑm q̃ ē que
dam perfectio absoluta. ōz ergo fugere ad
determinationẽ uoluntatis. Quid ḡ dicat
determiatio. Dico q̃ oz itelligere unã determi
nationẽ actuã in uolũtate diuina. ⁊ unã passiuã
in creatura determiata ¶ Sed quid ē illa de
termiatio actua in uoluntate dei. Dico q̃
non ē nisi ꝓductio actiua qua uolũtas ipsa
obiecta producit in eẽ uolito. Est ergo re/
spect rois ꝓns uoluntatẽ in uolũtate. sicut
respect rōis est in intellectu. ꝓns intelle/
ctum. ¶ Sz quō ens rōis pōt eẽ principi
um cognoscendi rem. ¶ Dico q̃ non ē incō/
uenens q̃ respect rōis non fiat a rōne.
sed derelict. sit ratio cognoscendi rem. Tũc
ergo intellect iuitiue cognoscen respectũ
istum. cognoscit ⁊ terminũ. qz respect cog/
sci non pōt nisi per uerũ terminum ¶ Sed hẽ
est diffi. qz uidetur q̃ ōs necessaria cogno/
scere poterit per suam eẽntiam. qz eminent
ea ꝓtinet. cum ergo eque eminenter ꝓtineat
ꝓtingẽtia sic necessaria. uidet q̃ per eẽntiã
eque cognoscit ꝓtingentia sic necessaria.
¶ p. eẽntia est rāo cognoscendi oia attributa
⁊ per ꝓns uoluntatez. sed per uoluntatẽ co
gnoscitur illa determinatio. ergo per eẽntiã
per quã cognoscitur uolũtas. per illam re/
gulam. q̃cquid est cã cause. est cã cãti ¶ Di
co q̃ oz ꝛcedere ultimate resoluẽdo. q̃ omia
cognoscantur per eẽntiaz diuinã. tanq̃ per

primũ obiectum. Loquitur aũt non de primo. sed de illo per qõ ultimate cognoscunt. Sz q2 istud q̃tum ad omnia nõ sufficit. maxime in ꝓtingentium cognitõe. ro oportet aliq̃d aliud coassumere. ⁊ illud ē uoluntas. uel determinatio uoluntatis. ꝯm pdicta. Sunt ergo. 4. ēntialr ordinata. Primũ est diuina ēntia. 2m potentia uolitiua. 3m est actus uolendi. Et 4m est obiectũ uolitũ. Essentia eni diuina ut supra patuit nõ pōt ꝓtingent pcise pntare. ppter suam necessariaz ⁊ uniformē respectu oim repntationē. nec potentia uolitiua in se eadem rõne. nec actus uolendi in se. sz p determinationem. ut prius dictũ est. Sz ista tria sunt necessaria equalit ꝯm se ⁊ ꝯm suam naturã. non tam obiectuz uolitũ. q2 extũc ds acciperet notiam a reb. sed sola determinatio se tenens ex pte actus uolendi q̃ est in deo. q2 omia alia sunt eque necessaria. sz ista determiatio pōt ineē diuine uolitioni sine eius mutatione. cum sit respectus realis ꝓnis actum diuine uolũtatis. sic respect rõnis actuz diuini intellect. ⁊ determinatio diuine uoluntatis ñ addit supra actum uolendi nisi pductionē actuã in eē uolito. pro tali ⁊ tali pyodo.

Sz 3. q2 diuina uolũtas ē realit uolens istud futuz. ⁊ non illud. ergo realit est determiata. p. per aliq̃d non reale non uidetur posse cognosci reale. sz ꝓtingentia pesentia sunt realia. Ad primũ dico. q̃ realiter ē uolens. sicut realr creans. cuz tn actiua creatio sit respect rõnis tn. ita q̃ realr refertur ad fundamentũ determinationis.

Ad 2m dico. q̃ bitudo extremoz in ꝓtingentib non ponitur nisi respect rõnis. et dato q̃ realis. nullum inconueniens est. si intellectus intelligat uel cognoscat aut uolũtas per respect rõnis sue. Ad argumentum patet.

Q. 2m

UTRUM in futuris ꝓtingentibus actus uoluntatis diuine precedat actũ intellectus. q̃ nõ q2 nihil amatur nisi cognituz. ꝯm augus. Sz 3. in processu pctico actus deitatis pcedit actum intellect. Dic introducitur snia doc. nostri qui dic. q̃ uoluntas prius determiat se q̃ intellectus intelligat. ita q̃ respectu taliuz. s. ꝓtingentiũ uoluntas diuia precedit intellectũ. Ad hoc aũt sunt due rõnes euidentes. Prima est. q2 q̃cquid opatur potentia mere naturalis. aũ omnē actum potentie ꝓtingētis. opatur mere necessario. Si ergo itellect intelligit ꝓtingentia aũ oēm actum uoluntatis. necessario intelligeret. cum sit potētia naturalis. et sic necessario cognosceret ꝓtingentia. et ꝓ ons necessario eueniret. 2a est ista. potētia que necessario ꝓformat regule recte. oz q̃ ꝯm dictamē illi regule se ꝓformet. ⁊ si ꝑ regulaz agit necessario ē inordinata. sz uoluntas diuina necessario ꝓformat. tanq̃ regule intellectui in his in q̃bus seq̃tur intellectũ. ergo si intelligit antixpm uentuz. necessario uolũtas uolet. Sed ꝑ hanc sententiã instatur 4. Prio supposita regula august. q̃ scilz impossibile est q̃ uolũtas feratur nisi in cognitũ. Tunc arguo sic. q̃cquid diuia uolũtas uult. diuin intellectus pcognoscit. sz diuia uolũtas uult determiatione suam qua determinat actiue hoc faciendũ. ergo intellect diuin eam eē precognoscit. 2o eodem arguo de determinatõe sua passiua. q2 exquo uolũtas diuia eam uult intellect eam pcognoscit. 3o istatur ꝑ predictam opionem. supposita quada declaratione. dicũt q̃ est ꝓsiderare. 4. signa. In primo intellectus diuin intelligit q̃ditates oim creabiliuz. ⁊ eoz que erunt. ⁊ coz que non erunt. 2o. uoluntas illa diligit uolitione simplicis ꝓplacentie. q2 intellect ⁊ uoluntas in deo sunt potentie ꝓnales ⁊ adequate. g̃ dilectio ē necessaria. In 3o uolũtas diuia pducit eas. seu determinat illas q̃ditates. que de se sũt indeterminate ad esse ⁊ ad nonesse. ad alterũ ꝑdictoriozz. In 4o signo diuin intellectus aspicies determinacõnem uolũtatis. intelligit talia eē determinata. Et sic futura. ⁊ presentia cognoscit.

Omnia ista exemplificantur in uno solo exemplo. sed in ista ppõne nauale bellum erit cras. cuius termi sunt pcognitu aũ actum uolũtatis ⁊ non bitudo. ⁊ usqz ad ō terminationē ipsi uolũtatis. Istis pmissis apparet tertia instãtia. Nã ex isto pcessu

apparet q̃ determinatio ipsa erit uolita ⁊ nō pri° cognita. Nam in 4° signo est ~~prio~~ cognita. in 3° aūt est uolita, ergo pri° Dicendum. q̃ totum illud ꝓplexum. s. nauale bellum erit cras. inq̃tum ē p̃m se totū. pri° est cognitus aut non. Si sic. hēo ꝓpositum. Si nō. ergo p̃m aliquid sui non ē precognitus. ſz p̃ se est uolitū totum. ergo uolitus est aliq̃d nō precognitū. Ad primū dico. q̃ ſz intellectus necessario omne obiectū uolitus precognoscat. non tm̄ omnē effectū cātum a uoluntate. sicut lapis uolit° precognoscatur. ſz tm̄ ipse actus uolendi a uoluntate cātus ⁊ determinatus ad lapidē. non est ab intellectu precognitus. Dico ergo q̃ illa determinatio nō est obiectū diuīe uoluntatis. sed est effect° eius. ⁊ ita non oī q̃ talis determinatio sit p̃cognita q̃ nec ē uolita. sed est solum circūstantia actus uolendi respectu talis obiecti. Eodem° dico ad 2m̄ de determinatione passiua. q̃ nec ē uolita nec cognita. sed obiectū precise. pōt tm̄ esse uolita actu reflexo. sed h° est per accīs. q̃tum ad ꝓpositum. Ad 3m̄ dī. q̃ ista ꝓpō. hoc nauale bellū erit cras. est p̃cognita solum q̃tum ad extrema. sed q̃tum ad bitudinem extremorū nō. Sz q̃d est habitudo? Aliqui dicunt. q̃ ē ens rōnis. ſz h° nihil ualet. q̃ nauale bellū uere ⁊ realiter erit. Sz q̃cquid ponatur. siue ens reale. siue ens rōnis. quoddā ens cognoscibile est in se. et uoluntas diuina illam bitudinem uult. q̃ necessario intellect° illam p̃cognoscat. Dicitur hic uniformiter de determinatione intellectus ⁊ de bitudine. s. q̃ q̃dditas determinationis est p̃cognita. non tm̄ q̃ ipsa uoluntas sit tali determinatione determinata. Similiter habitudo istorum extremorū est p̃intellecta ⁊ termini seorsum. non tm̄ ipsa ꝓplexio tota.

Sed q̃. q̃ ad hoc q̃ uoluntas diuina sit determinata uel determinans tali determinatione. nō req̃ritur nisi uoluntas ipsa ⁊ determinatio et bitudo uni° ad alterū. ergo nec ad cognoscendū. Sed oia ista sunt precognita. q̃ uoluntas determinata uel determinans erit precognita.

p. impossibile est bitudinē extremorū cū ipsis extremis ꝓcipi. q̃n ꝓcipiatur ipsa complexio. q̃ nihil addit ad illa. aut si aliquid addit de illo seorsū. erit eadem ratio sic de quolibet illorū p̃se. Dicunt ergo aliqui q̃ talia intelligūt. s. bitudo siue determinatio siue ꝓplexio sb̄ rōne cōi non ꝓpria. Sz h° non pōt stare. ppter idem. q̃ rō. ꝓpria esset uolita. ⁊ tm̄ non cognita. q̃n scilz uoluntas ipsa determinat. nō ꝓpter illa que hnt diffinitiones. uidetur posse dici. q̃ bitudo siue ꝓplexio nō sunt ꝓprie obiecta uolita. ſz circūstantie obiectorū ꝓsequētes actum uolendi. Sz dicere. rōne ista oī. ē precognita. Dici pōt. q̃ licz uoluntas non possit ferri in obiectū nisi precognitum. tm̄ hn̄ pōt ferri in modū obiecti qui non ē precognit°. sicut imaginatio non pōt ferri nisi in precognita a sensib° particularib°. tm̄ bene pōt in eadem obiecta sb̄ mō non cognito a sensibus particularib°. ⁊ tunc dico. q̃ solum extrema erūt obiecta uolita. ⁊ illa hn̄ sunt precognita. ꝓplexio aūt l̄ habitudo erunt solus mōi. Sed hic ē diffi. si intellect° diuin° cognoscit mōs intrinsecos participātes ad productionē creaturarū. quorum un° est exīntia. alē accētalitas. ali° realitas. alius ꝓtingentia. Dico q̃ si isti mōi creaturū cognoscunt aī determinationē uoluntatis a diuino intellectu. tunc ꝓtingētia cognoscentur ab intellectu aī uoluntatis determinationē. q̃ illa que precognoscunt a diuino intellectu. p illa sunt formaliē ꝓtingētia.

Item ꝓtingētia inq̃tum ꝓtingētia nō sunt precognita. ſz termini sunt ꝓtingētes p modū ꝓtingentiū. ergo illa non erūt precognita. scilz mōi intrinseci. Preterea. nō est ibi precognitus q̃ antixps existet. ⁊ tm̄ sua futuritio non ē nisi sua existentia in futuro. Nā ſz isti modi forte in gēnali sunt precogniti. tm̄ in speciali existētia aut ꝓtingētia illius uel illū° non uident precognita. Sed tunc ē ultimū dubium. quō. s. uoluntas pōt in illos terminos uel istos mōs. si sunt ñ precogniti. Dici pōt. q̃ isti mōi non sūt propriē per se obiecta intellect° uel uoluntatis sed solus mōi sunt obiectorū. Non enim uult uoluntas existere per se. sed q̃ homo existat. ita q̃ homo ē ibi obiectū ipsi° uoluntatis. exīntia aūt est mod° ipsius hominis uel obiecti. Non ē ergo inconueniens q̃ uoluntas feratur in modū quem intellect° non precognoscit. quia non fertur in ipsum sicut in

obiectum. Ad argumentum patet.

Q. 3.

Utrum cum infallibilitate diuine scie poterit stare mutabilitas contingentium. Q. non. Q. non uidetur esse proportio mutabilis obiecti et immutabilis scie. Q. immutabilis scia requirit obiectum immutabile. Contra. Fides determinat quia sic. et hoc est uerum. hoc est ueritas determinata per fidem. Sed ad intelligendo istam ueritatem oportet imaginari in complexionibus de quibus est scia. 4. signa.

Primum est. in quo diuina scia precedit intellectum diuinum terminos simplices complexionum tam necessarias quam possibilium uel contingentium. 2.m signum est in quo diuinus intellectus format complexiones talium terminorum. determinate impossibiles et necessarias. Q. ille sunt ex terminis note. Q. uero contingentes non habent euidentiam ex ipsis. ipsas capiunt ut neutras. 3.m signum est in quo diuina uoluntas tales complexiones ut neutras sibi per intellectum propinatas determinat ad alterum premendices. hoc erit. hoc non erit. 4.m signum est. in quo diuinus intellectus aspiciens ad diuinam uoluntatem determinatam. uidet illam propinem quam sibi ut neutram presentauit. et ex tali determinatione quam uidet cognoscit propinem contingentes. s. hoc erit. hoc non erit. Ad propositum applicando. 1. 3 p.m et 2.m sig.m ab aliis presupponant. tunc de eis non est cura ad propositum. Ad 3.m ergo signum oportet referri contingentiam et uarietatem contingentium. Ad 4.m autem infallibilitas scie diuine refertur. Q. intellectus uidens in 4.o signo uoluntatem diuinam. uidet intuitiue eius determinationem. nihil enim potest latere intellectum diuinum quia sit in uoluntate. Et tunc sicut stante determinatione diuine uoluntatis que est in 3.o signo. res non potest non euenire. ita intellectus in 4.o signo infallibilem noticiam de eis habet. Et si dicat. quia in eodem instanti durationis potest aliquid esse contingens et necessarium. Dicitur quia in sensu propositionis est necessarium sedentem non ambulare. quod est contingens in sensu diuisionis. Dicendo autem signorum istorum in eodem instanti eternitatis est imaginandum nunc esse sicut fuit ab eterno. Q. idem instans est eternitatis. Sed hoc instatur quadruplicitur. Primo sic. Q. ratio uoluntas diuina sicut contingentem se determinat. ita contingenter stat in illa determinatione. Q. a nullo necessitatur ad exercendum. quemadmodum enim sicut contingentem creat. ita contingenter conseruat. Ita sicut contingentem producit in esse uolito. ita contingenter stat in tali productione. Et ideo potest oppositum determinare. aut istam determinationem suspendere. et tunc falsificatur quia erat precognitum pro 4.o signo. Vel sic. nam diuina uoluntas eadem contingentia stat in determinatione qua se determinat. ergo contingenter stat. et per consequens potest dimittere illam determinationem. sed scia erit precise uera ex determinatione. ergo ea dimissa in 4.o signo. scia non erit uera.

Q. 2.o. Q. illa scia que aliud necessario presupponit. non est uera nec certa. nisi ex conditione. maxime si illud suppositum potest aliter se habere. sed scia presupponit determinationem. que potest aliter se habere. ergo illa scia diuina non erit nisi conditionata. Q. 3.o. Q. ego scio. quia si deus uoluerit quia antichristus ueniet. sed deus non aliter uoluit. ergo tanta certitudine habeo nunc de futuro contingenti. quantam habet deus. Q. 4.o. Q. tunc sancti non possunt esse certi de beatitudine sua. Q. uident stare determinationem. nec aliunde possunt certificari. sed determinatio stat contingenter ergo. Ad primum concedo quia ita contingenter stat deus in determinatione illa. sicut se contingenter determinat. ita quia ab eterno se determinauit contingenter. et contingenter stat ab eterno et pro eterno in determinatione illa. Et sic concedo quia illam potest dimittere. sed tunc non sequitur quia scia sit mutata. Q. scia non erat nisi stante determinatione. utpote deus non sciuit antichristum uenturum absolute. Sed si staret determinatio diuina qua determinauit deus uenturum ipsum ab eterno. Et ideo si mutetur determinatio. iam scia non erit mutata. Sed tunc uidetur stare 2.m dubium. Q. iam scia dei erit conditionata. Hoc non potest homo fugere. ideo dico quia est conditionata. Ad 3.m. quando dicit quia tunc ita cognoscerem certitudinaliter futura contingentia sicut deus. Dico quia in qualibus scia conditionata est processus per modum consequentie. In tali autem processu perfecti et certi nouit qui scit et uidet antecedens. et cognoscit consequentiam. quia qui ignorat antecedens et non uidet nec scit. nisi conditionaliter. modo ita

est q̃ scientia dei de futuris ꝓtingentib⁹ pre
supponit añs qd̃ uidet intuitiue. s. determina
tionē uoluntatis. Nos autem eam non uidem⁹. sz ea tanq̃ ignorata supposita scimus
p̃ñam. Et ex hoc apparet. q̃ ōs perfectiorez
noticiā hz de futuris ꝓtingentib⁹ q̃ habea
mus nos q̃ determinationē nolūtatis diuine
ignoram⁹. Ad 4ᵐ de securitate beatorus
dico. q̃ sancti non hñt certitudinē demon /
strationis absolute. sed talem qualis ei⁹ suf
ficit. Tñ credo q̃ sancti hñ uident q̃ deus
posset facere alr. tñ non dubitant. qz forte
deus suspendit illū timorem. Intelligē
dus tñ. q̃ scia dei non ē simplr ꝓditionata.
sed absoluta pro 4° signo. tñ respicit deter
miationē pro 3° signo. Nō scia dei ē infalli /
bilis. nō tñ necessario qn ōs posset alr face
re. ⁊ oppositū facere. Ad argumentū pz.

(1) p̃dic. q. 7. p̃ fine

11 Q° q̃

TRUD futura ꝓtingentia
habeant ueritatē determiatas.
q̃ non. qz qd̃ non ē. non hz ue /
ritatē determinatam. sed futura
non sūt. ergo ꝛc. Lōtra. qz quod nūc est
pñs. aliqñ fuit futurz. sed nunc hz ueritatē
determinatā. ergo ꝛc. Dic sunt quattuor
facienda. Primū est uidere. utrz ꝓtingentia
in deo hēant ueritatē determiatam. zᵐ.
utrz in seipsis. 3ᵐ. si est equalis determina
tio ueritatū ꝓtingentium pñtium ⁊ futu /
rorz. 4ᵐ. utrus ueritates ꝓtingētes sint
annexe. Quantū ad primū dico. q̃ fu
tura ꝓtingentia hñt ueritatē determinatas
in deo. Hanc probo 4ᵐ. Primo. qz qñ aliq̃
potētia fertur in aliquod obiectū. q̃ium ē
ex se naturalr. eodem⁰ fertur. i illud sicut
sibi pñtatur. sed diuin⁹ intellect⁹ fertur in
4° signo in uoluntatē diuinam. ⁊ etias ob /
iecta que sunt p uolūtatem repñtata. sz uo
luntas determinate repñtat futura ꝓtingen
tia. zᵒ. qz dictus ē. q̃ ōs in quarto signo
nouit ꝓpōnem de ꝓtingēti ⁊ determinate.
3°. qz omne certitudinalr cognitū ut deter
minatū. ueritatem determinatā hz in cogno /
scente. futurz ꝓtingens ē a deo cognitū cer /
titudinalr. ergo ꝛc. Quarto. qz diuine
reuelationes que sunt facte ꝓphis de futu
ris ꝓtingētib⁹ non eēnt certe. Sed 3. qa
illa que non sūt pñtia non pñt hīc ueritatē
presentē. sed futura in deo non sunt pñtia
ergo ꝛc. Item ubi non sunt termi cōplexi /
onis formalr. ibi non pōt eē ueritas. quia
non separantur. sed in deo non sunt termi cō
plexionis formalr. igit ꝛc. Dico ꝓpter
ista. q̃ ueritas determiata futurorz ꝓtingen /
tiurz non ē in deo formalit. sz obiectiue tñ.
Lā autem istⁱ ueritatis est in deo hñ for /
maliter. s. determinatio ei⁹ uolūtatis. Tñ pa
tet. q̃ si futura hñt ueritatē determiatam in
deo. q̃ hñt eam obiectiue. Et si sic intelligi /
tur. non uidet frustra dictū. q̃ scilz eorz ue
ritas est determinata in diuina noticia. sed nō
in eorz exñtia. Qd̃ patet. qz eē aliq̃d tñ ob
iectiue in aliquo. est termiare ei⁰ actionem.
Si aūt ꝓtingentia sunt tñ in diuia scie
tia. qz. s. terminat actum scie diuie. ergo sūt
tñ ibi obiectiue. p̃. ille intellectus ꝑm
augus. qui itelligit rem aliter q̃ sit est fal /
sus. quare si intellect⁹ diuin⁹ intelligit rez
eē determiatam. oz ipsam determinata eē. sed
non nisi obiectiue. Quantū ad 2ᵐ ui
dendū est. si hñt ueritatē determinatā in seip
sis. Dicit ab aliq̃bus. q̃ qz futura ꝓtin /
gentia nondū sunt. hinc ē q̃ non hñt talem
ueritatē determiatam. qz ueritas ꝓtingenti
um ē simul cū exñtia eorz. Et si dicatur. q̃
hz non sunt in sua pñtia. tñ sunt in sua fu /
turitōe. Dicunt q̃ eē futurz non ē nisi ꝑm
quid. Ex hoc apparet. q̃ isti satis ꝓcedūt
ꝓpositū. q̃ scilz in se aliquomō hñt ueritatē
determinatā. sed qñ erunt simplicit creata.
hēbunt ueritatē determinatā sicut nunc ha
bent pñtia. q̃ aūt futura talem determia
tionē habeant ut ista. patet. Nam hec ē sim
pliciter uera. Antixps erit. ⁊ ista ē simplicit
falsa. Antixps non erit. Doc ego probo
quadruplicit. Pro 1° sic. satis euidēter omi
productioi actiue corrñdet necessario aliq̃
passiua. sed diuina uolūtas actiue producit
ista futura ꝓtingētia in eē uolito. qō non ē
aliud nisi actiue ea ōtermiare. ergo necessa
rio aliq̃d est productū. non aliquid qō sit ū
deo formaliter. ergo necessario aliquid qō
est in creatura uel in futuro ꝓtingenti. sed
ipmmet producit in eē uolito. ergo determia
tur passiue. ergo ꝛc. Confirmatur. qz

11 29 ae

sicut productiuus requirit pducibile. ita determinatū pductiuū determinatū pducibile. Et eodem° sicut ōterminatiuū requirit determiabile. ita determinās determinatū. uoluntas aūt diuina est determinās. ergo aliquid est determinatū. Aliud aūt non pōt esse nisi futurū ꝓtingens. ¶ 2° sic nam scriptura cui° uerba sunt uera simplicit. dicit antixps erit. ⁊ q̄ ista ē falsa. antixps non erit. ergo ista. antixps erit hēt determinata uera tem. ¶ Aou firmatur. q2 xps hoc iō asserit qui non pōt mentiri. ¶ Certio sic. sicut omne ꝑteritum fuit pñs. ita omne futurū q̄nq3 erit pñs. alias non erit futurū. q2 tunc pñs erit. q̄n aūt erit pñs tunc erit ita determiate uera. sicut nunc est determiate uera. ergo erit nunc ōtermiate uera. Nam ad ōtermiationē ānus sequitur determiatio ꝓnus

cū ⁊ ⁊ futurū

¶ Quarto. q2 cuiuslibet ꝯdictionis altera pars est uera. sed nunc ē ista uera aut falsa. antixps erit. Si uera hētur ꝓpositū. Si falsa. tunc eius ꝯdictoria erit uera. antixps non erit. ⁊ hoc est ꝓpositum. Et eodem° possūt fieri due sbcōtrarie in ꝓtingēti materia fle. eo q̄ ambe negarent. sicut ꝑdicte. Dicūt tñ aliqui. q̄ non est ꝯdictio in ꝓpositionibus de futuro. ¶ Sed contra. quia in eis est affirmacō ⁊ negacō. ideo ꝓceduntſed tñ dicūt. q̄ nec sunt uere nec false determiate. ¶ Cōtra. q2 altera pars ꝯdictionis. uel est uera uel falsa. Sed isti dicūt. q̄ lex ꝯdictoriorū ibi non tenet. ¶ Cōtra. q2 ꝓpō p se nota in aliqua materia negari non debet. Bō dico. q̄ necessario ē tenendū tanq̄ ꝓclusū p principiū primū ꝓplexum. q̄ altera sit ōtermiate uera. q2 de quolibet ē affirmatio uel negatio uera. ¶ Dicunt tñ aliq. q̄ alterutra est uera. ſz non altera. ¶ Sz hoc nihil est. qa lz aliqō cōe possit esse indifferens ad utrūqz ꝯrionum. non tñ aliquod singulare. ſz hic ē questio de ista singulari ꝓpōne. ¶ p. negatio determinate altero ꝯdictorioꝝ ponitur reliquus. alit non esset opposita imediata.

Opō ꝓpa

¶ Sz tñ instatur ꝯ hoc. q2 si ē ista uera ōtinate. antixps erit. ponatur oppositū inesse. qa hoc ē possibile deo. ergo q̄n ista ꝓpō plata fuit. fuit uera ⁊ falsa. ⁊ sic sit uera ⁊ falsa. Et simlr de ista. mundus semp mouebit.

¶ Dico q̄ iste instantie ita bñ ꝓcluderēt de pñti sicut de futuro. q2 in eo instanti quo ōs producit grām. ista ꝓpō est uera. gratia est. ⁊ in eodem instāti posset eam nō pducere. ⁊ tunc erit falsa illa que prius erat uera.

¶ Dico q̄ ista que nunc ē uera de pñti. pōt in eodem instāti esse falsa in sensu diuisiōis. non tñ in sensu ꝓpōnis. Deo enim in sensu ꝓpōnis in illo instāti in quo pducit grām. non pōt ñ pducere. ſz bñ in sensu diuisiōis. Sic dico in ꝓposito de illis que sūt de futuro sic de istis. ¶ Sed nunqd ista determiatio futuroꝝ ꝓtingentiū. est talis determiatio qualis ē necessarioꝝ. ¶ Dico q̄ nō. q2 determiatio ꝓtingētiū est talis. q̄ ipsa pñt alr se hze. sed necessaria non. nec in sensu cōpositionis nec diuisiōis. ¶ Quantū ad 3m principale uidenō est. si est equalis determiatio ueritatū ꝓtingentiū de ꝑterito. de pñti. ⁊ de futuro. ¶ Dico q̄ maior ē determiatio in preterito q̄ in pñti. q2 preteritū inq̄tū preteritū est. impossibile ē alit se hze. ⁊ maior in pñti q̄ in futuro. q2 pñs est de facto determinatū. futurū uero non nisi de possibili. ¶ Sed ꝓtra istud arguo quadruplicit. Primo. q2 sic mundus nūc ꝓtingenter est. ita tunc ꝓtingent incepit. ⁊ sicut pōt nūc aliter se hze. ita potuit tunc in preterito. ¶ 2° q2 mund° ē in isto instāti ad eē determinat°ue/re ⁊ non absolute. ista ōtermiatione i quo est. pōt non eē in sensu diuisiōis. cum nō ꝓtigēs sit nisi duz actu est. ergo non obstāte q̄ futura ꝓtingentia possint alr se hze. adhuc sunt uere determinata. ¶ 3°. q2 lz ꝓtingēs cōtingent sit altez determiatum. tñ necessario est ad utrūqz ex natura sua inq̄tum ꝓtigēs ut salz ōs non posset facere oppositū. Futurum q̄ ꝓtingens aut erit determinatuz. ⁊ tūc hētur ꝓpositum. aut ad utrūlibet tñ est. et illud ē necessariū ex natura sua. ⁊ ꝑ h° nō erit futurū ꝓtingens. ¶ 4°. q2 eadē penit°res est sucessiue pñs. ꝑterita. ⁊ futura. immo iō temp°nūo. Et sic si unuz temp° est determinatū. ⁊ reliquuz ē determinatū. ¶ Ideo uidetur q̄ sane intelligendū tam pñs q̄ preteritū q̄ etiaz futurū ē ꝓtingens. oia autez sunt eque determiata in suis prodis. ¶ Sed tūc occurrit diffi. q2 ex quo preteritū trāsit. non pōt

ea de ⁊ q̄ ⁊ p. as ⁊ q̄ ⁊ p. et q̄ ⁊ ad 4m fg.

q̄ aliū eēt ꝯdictō q̄ erit nūc ex q̄ possent sic alterē hēre q̄ istud est ꝯdictō ꝓtigēs

13 q̄ ad 4

non ee pteritum. Futuꝝ aũt dato q̃ sit futuꝝ. pot non ee futuꝝ. ¶ Dicit q̃ in sensu ꝓpōnis sicut pñs est necessario pñs. ita pteritum ē preteritū. ⁊ futuꝝ est futuꝝ. Duꝝ enim futuꝝ est futuꝝ in sensu ꝓpositionis impossibile est q̃n sit futuꝝ. In sensu diuisionis pteritum non ē. nec ꝓtingens. q̃ nō ē nūc. nec futuꝝ. sed fuit ꝓtingens. et sic istō erit. ⁊ pñs nunc est. ¶ Quantuꝝ ad 4m principale uidendū est. si ueritates ꝓtingentes de futuris. pteritis. ⁊ pñtibus sint ꝓnexe. Dicit q̃ sic. q̃ sunt eentialr ordinate. q̃ omne tempus erit mensuratū tempore. prius fuit futuꝝ q̃ pñs. pr̄ⁿ presens q̃ preteritus ordine eentiali. Et ex his formantur quattuor ꝓclusiones ¶ Prima ē. q̃ de omni de quo ueꝝ est dicere. qm̄ fuit. ueꝝ. fuit dicere. q̃ est. cum pteritum pſupponat pñs.

2a. q̃ de omni de quo ē ueꝝ dicere qm̄ est. fuit ueꝝ. dicere qm̄ est. fuit ueꝝ dicere qm̄ erit. cum pñs presupponat futuꝝ. sic preteritū presupponit presens. sicut dictū est.

3a. q̃ de omni de quo fuit ueꝝ dicere qm̄ erit. semp fuit ueꝝ. dicere qm̄ erit. q̃ eadem rōne qua fuit uerū a mille annis ⁊ a mille milib⁹. ⁊ sic in infinitū. sicut de una hora. ¶ Quarta ē. q̃ de omni de quo fuit ab eterno semp ueꝝ dicere qm̄ erit. necessario erit. Et sic omia futura euenirēt de necessitate. Sz omnib⁹ trib⁹ primis ꝓcessis. ultima est oino neganda. q̃ ls ab eterno deus preordinauit futura. tñ ꝓtingentē ⁊ ab eterno dixit. ⁊ sic erit. Et sic ab eterno poterit ñ ordinare. q̃ ꝓtingenter ordinauit. sic nunc. q̃ ꝓtingentē stat. Sed etiā remanet dificul. q̃ ex quo aliquid transit in preteritum. impossibile ē aliter se hēe. si ergo est uerū nunc dicē. antixps erit. cras erit preteritum. ut si dicatur. heri fuit istud ueꝝ. antixpus erit. ⁊ tunc impossibile est q̃n fuerit ueꝝ. et tñ si oppositū euenirēt. non fuisset ueꝝ.

¶ Dico q̃ in sensu ꝓpositionis necessario fuit ueꝝ dum fuit. ⁊ erit ueꝝ si sit futuꝝ necessario ¶ Sed si ponatur oppositum euenire destruitur ꝓpositum de futuritione ⁊ preteritione. Et etiā in sensu ꝓposito hoc erit impossibile. q̃ futuꝝ ut futuꝝ ponatur ñ euenire. ¶ Ad argumentum patet ex 2o articulo. q̃a ds prenouerat plongatione dierum quas disponebat. Et enūtiatio ysaie intelligebatur cum conditione. ad arg. p̄ma q̃ sim̄ ꝓ veritate deñata ꝓ ut obtinet

Distinctio. 40a. et. 41a.

